

Matthias Wasmuth

Programma, Quo Omnes Literarum Amantes ac Patronos, omnium Ordinum honoratissimos, Ad Panegyrim Hebraeo-Oratoriam, Laudibus Illustris huius Academiae Christian-Albertinae, A praeclaro & Hebraice Doctissimo Viro Iuvene, Dn. Thoma Trostio, Lubec. in solennibus Hebraearum Musarum Soteriis, die XI. Decembr. hora IX. publice consecrandam ... invitat; Eodemque simul, nuperis quorundum in & extra Germaniam Clariss. Virorum, de Hebraismo & Divinae Accentuationis principio, Praeconceptis Opinionibus Ac Iudiciis, tam perniciosis, quam prorsus erroneis, denuo occurrit, Matthias Wasmuth, S. Theol. D. Eiusdemque Extraord. Hebraeae vero & Orient. Ling. Ordinarius Professor.


Kiloni[j]: Reumannus, 1666

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn796461406>

Druck Freier  Zugang



FC 1485¹⁻³



PROGRAMMA,

Quo
Omnes Literarum Amantes ac Patronos, omnium
Ordinum honoratissimos,

AD PANEGYRIN HE- BRÆO-ORATORIAM,

Laudibus Illustris hujus Academiæ
CHRISTIAN-ALBERTINÆ,

A præclaro & Hebraicè Doctissimo

Viro Juvene,

DN. THOMA TROSTIO, Lubec.

in solennibus Hebræarum Musarum Soteriis,
die XI. Decembr. hora IX. publicè consecrandam,
eâ quâ par est humanitate & observantiâ,

invitat;

Eòdemque simul,

superis quorundum in & extra Germaniam Clariss. Virorum,
de Hebraismo & Divinæ Accentuationis principiò,

PRÆCONCEPTIS OPINIONIBUS AC JUDICIIS,

tàm perniciosis, quàm prorsus erroneis, de-
nuo occurrit,

MATTHIAS WASMUTH,

S. Theol. D. Ejusdemque Extraord. Hebrææ verò
& Orient. Ling. Ordinarius Professor.

B. Luth. Comm. in Pf. 45, *Vos quoque dabit is operam, qui aliquan-
do docebitis Religionem, ut hanc Linguam (Hebræam) discatis,*
NE PECORA CAMPI, ET INDOCTUM VULGUS haberi velitis, &c.

KILONI.

Typis Joachimi Reumanni, Acad. Typographi.

ANNO clò l3 c LXVI.

Sc. 1485²

Gravis querela magni cujus-
dam Philalethi;

Sunt & dantur talia quædam ingenia,
quæ licet convincantur, tamen clausis
ad veritatem oculis, malunt volunta-
riâ quædam infaniâ cœcutire, quàm agni-
tô errore, *συσωφρονεῖν τοῖς φρονῶσιν.*

Quod superioribus seculis, stupendò quòdam planèque affectatò LINGUÆ SANCTÆ neglectu, Orbis quasi conspirasse visus sit, contra Originarii Textus S. scrutinium, ceu ἀνεπίσημον Veligiovis robur, donec tantæ ingratitude erga originales Tabulas Fœderis, ultrices errores, & prodigiola mentium caligo, bardis ingeniis, justâ Nemesei incumberent; ejus quidem rei autorem & causas, rectè B. Lutherus noster prodidit, in *Admon. ad Magist. To. 7, Witt.* Antiqui Serpentis sublesta fraudes, quibus is prospiciens, malum regno suo Linguarum cognitione inferendum, cui mederi non posset multis seculis; proinde cum proceduntibus Linguis obstare non posset, præcipuè cogitavit, quomodo saltem ad paucissimos relegarentur, quò per se tandem, sterili paucitate cogente, arcescerent denuò & conciderent: Cum enim parùm gratus hospes Diabolo esset Linguarum peritia, propterea eum frugali culinâ tractare decreverat, ne diutinâ mansione premeret hospitem: id quod tam feliciter etiam, Veteratori isti ἡναγοπίαφω, proh dolor! cessisse videmus, ut excolendo solerter tam sancto studio, hodienuum vix תורה ומשפחה unus ex urbe, aut duo è familia, incumbant; cum in aliis artibus, scientiis, ac Linguis, nemo non florem ætatis ac ingenii prodigere amet, solâ adeò Linguâ sanctâ, hunc sui contemptum indignissimè promerente, quod sit Lingua ipsius Dei, primis purioris mundi Heroibus sacra, mox in Tabernaculis Semi vernacula, omnium aliarum Marter ac Regina, Cœlestis Sapientię primigenia Interpres, Lingua Sinai atque Sionis, augustissimis denique mysteriorum Prophetiæ Pandectis propria. Veruntamen in eò profundius adhuc Satanæ stratagema, mecum haut temerrè advertisse videntur, quotquot sanctior tangit Verbi Divini Zelus, quod sicuti illò adhuc barbarò αὐτό, crassi illi homines, (verba sunt Doctissimi Hebræi Sixtini ab Am. in *Orat. de barbarie istius seculi*), in hęc unò subtiles fuerunt, ut à Linguarum & Scripturarum studiis judicentium absterrent,

Linguarum peritos, vel ipsos hæreticorum Patriarchas appellando; (prout testatur quoque Claud. Espensæus, Comm: adi. Tim 3. quod eò tempore Græcè nosse, valdè suspectum fuerit; Ebraicè autem, propè pro hæretico fuerit habitū): ita quoq; nostro subindè seculo reperiantur, qui in facie Ecclesiæ, pridem meliora per Dei gratiam edoctæ, (irreparabili utique Academicæ juventutis, passim talibus jam fascinatæ, damno), palam profiteri non erubescunt, non videri opera pretium, ut tantum temporis & laboris, Grammaticæ Hebrææ & vocabulis addiscendis impèdatur; Hebrææ linguæ studio, vix eò quem perventurū, ut Latinis Vet. Test. Versionibus, quæ satis præclare extant, meliores aliquando det: tūm totam Theologiam, non doctrinam vocum, sed rerum esse, quæ non præcisè dependeat à Linguarum cognitione. A Scholasticis autem, & Patrum Commentariis, plurima in Theologia explicata esse, quibus hodiè carere nō possumus & c. Denique multos quoque Patres, & præclaros Interpretes Scripturæ, Hebræicæ literaturæ peritos non fuisse, & c. Quæ quidem omnia & singula, justis rerum æstimatoribus, commiseratione potiùs quàm refutatione digna videri poterant, nisi à magnis Nominibus haberent pondus, quò gravissimū, brevi tempore, studiis Hebræicis, præcipuè in Germaniâ nostrâ, attulère damnū. Igitur ut breviter saltem, pro præsentis occasionis angustò spatiolò, iis occurramus; ad (1) De supervacaneo (in Theologicis) Grammaticæ Hebrææ studio, à quò non pendeat præcisè cognitio rerum Theolog: respond. cum B. Luthero, & omnibus Orthodoxis, Theologiam nihil aliud esse, quàm Grammaticam in Spiritus S. verbis occupatam; unde & Ecclesia, (verbis dicam summi Theologi D. Chemnitii P. II. L. Th. p. 549), tantūm debet esse Grammatica, i. e. non debet fingere res novas, aut dogmata nova sed ea, quæ à Spir. S. tradita sunt, discere, è genuina significatione NB Vocabulorum, quibus, in tradenda doctrinâ cœlesti, Scripturæ utitur, & pag 246. non possumus custodes esse doctrinæ divinitus repurgatæ, nisi Grammaticam discamus & amemus. Quod ibid. probat insigni exemplò,

5.

in Articulò fidei (de Justificatione), occurrente. Nec enim, pergit pag. 622, agitur hic de bello, ut vocant, Grammaticali, sed in præcipuis locis doctrina, NB quantum erratur in verbis, tantum, etiam de rebus ipsis amittitur. Quàm propè autem à Pontificiorum, castris absint cū eēt evangelicæ, testabitur hæc olim Campanellæ querela; Hereticos Belgas, totumque adeò Arctourum Orbem, NB adversus Papatum, Grammaticale bellum gerere, ideoque quæstiones Grammaticas cum hæreticis abrumpendas, eosque à studiis istis abducendos esse. Quantò rectius ergò Dn. D. VValtherus, in Off. Bibl. p. 680, non firmiora aut tutiora argumenta peti possunt, quàm quæ ex Grammaticâ & loquendi more à Spiritu S. usurpato, arcessuntur. Pariterque è Reformatis Cl. Hulsius, in præf. Lex. Eadem inquit, Lingua Sancta, quæ mysteriorum eâ contentorum dignitas est atque Majestas; præcipuè cùm ejusdem (divini nimirum) sit originis. Itaque à Philologo Hebræo, clavem petere, quâ in Dei Sanctuarium ingrediatur, necesse habet Theologus; neque quicquam sacrarum rerum, nisi ipso comite, imò præeunte & facem porrigente, introspicere poterit. Et Munsterus, in Præf. ad Evang. Matth. Hebr. insaniam profusus, dicit, si quis penitus de Scripturâ S. sine Lingua hujus cognitione, judicare præsumat. Quæ omnia tot rerum ponderibus, quot verbis, confirmant, verissimum esse illud Phil. Melanctonis, quod Scripturâ nō possit intelligi Theologicè, nisi prius intelligatur Grammaticè. Ad (2), quod ex Hebræa lingua studio vix meliores Vet. Test. Versiones expectanda sint, cùm præclara satis jam extent, (quas igitur pro insigni suâ modestiâ, negant se correcturos); resp. Interpretum diligentiam, & Versionum usui, suam quidem manere laudem ac modum, præcipuè in explicatione Historiarum, aliorumque Chronologicorum ac Topographicorum; veruntamen, quàm i. præclara illa extantes Versiones, in genuinò sensu, à S. Textu originario, tum à se invicem, sapissimè dissideant, dubia sic semper meliorum optione, non multò argumentorum eget apparatu, cùm exemplorum docu-

mentis res adeò sit manifesta, ut dubitare neminè sinat, nisi cui in meridie profundum noctis quærere lubido sit. Non ablu- dit à verò durior querela Phil. Melancht. *quod Interpretes sæpè aperuerint seras securibus, & lingua fiderint clave.* Et quidem de præcipuarum, Vulgatæ Latinæ, & LXX. Græc. vel plaustris er- rorum, pleni sunt omnes Crit. sacrorum libri. Reliquarum quoque tam Orientalium quàm recentiorum Occidentalium Versionum collatio, quàm incertum passim inquit consulen- tem, etiam in gravissimi momenti rebus, (quamvis omnia gravia, nihil pro levi haberi possit, in sermone Divino), quan- tisque eas omnes parasangis præcellat Accentuum ceu chara- cteris θεοῦ & ministerium sensus, abundè adeò exemplorum evidentiâ comprobatum dedimus in Vindic. nost. Hebr. Parte II, ut vel ipsi pèrvicaciæ os obstructum iis, confidamus. An jam igitur in tantò luctantium Interpretum dissidiò, in quo sec. illud D. Hieronymi, præf. in Josuam, *non potui esse verù, quod dissonavit,* nihil attinebit S. Theol. cultorem, certi quid defi- nire posse, quomodo tandem verè habeat infallibile ex Dei ore egressum verbum? An ergò jussus ἐγευσῶν τὰς γραφὰς, in Ver- sionum & Translationum atrio potius stet cum plebe, quàm cum V. Test. Sacerdote summo, ipsum Sanctum Sanctorum ingrediatur, i. e. in ipsius Dei loquentis adyta intromitti po- stulet? Sed quid illa curent profani isti, quibus perinde est, quid aut quomodo Deus loquatur, dummodo ipsis non vide- atur ad salutem necessarium, quos inf. propiùs tangemus. 2. Positò (neutiquam concessò), veram ubiq; mentem Spiritus S. assecutas esse Versiones; nihilominus cum (ut rectè do- cet Doctiss. Sixt. ab Am. in Antib. Bib. pag. 125), *Hebræa lingua suas habeat proprietates aliis imperceptibiles, & Spiritus S. (qui non solum materiam, sed & verba, suis Amanuensibus inspiravit), ejus- modi NB. Characteres Majestatis, gravitatis, & ἐνεργείας, huic aut- θεντικο Textui impresserit, quos nulla interpretatio valet exprimere,* prou-

7.

prout etiam August. rectè agnovit, esse quadam Linguarum, qua
in usum alterius Linguae per Interpretem transire non possint, præci-
pue etiam ob peculiarem illum Linguae Hebraeae genium,
quod nomenclatura ejus communiter penitissimas rerum es-
sentias attingit, & vivus quasi rerum character est: proinde
quis non videt, foecundissimos illos Hebraeae Linguae sensus,
& significantissimam idiotismorum ejus *דלותו*, nullam satis Ver-
sionis *אֶרְבֵּי* ita representari posse, quin uberiores semper
maneant Fontes, quibusvis Translationum rivulis, nec nisi per
ea solum, per quae loquitur, intelligi plenius arcanam illam
Mentem posse: ut non inmerito *Scripturam*, fontem dixerit
Brentius, quem quò altius foderis, ed magis exuberantem invenies;
contrà de Versionum inadæquatis sensibus, rectis. B. Luthe-
rus pronunciaverit, in Epist. quâdam, *Hebraeos Prophetas velle*
cogere, ut Germanicè loquantur, (& sic quacumque aliâ linguâ),
perinde esset, ac si Philomelam quis cogeret, ut dulcissimam suam melodiam
relictam, utriusque Cuculi vocem imitetur. Aut si maximè id fieri
posset, quis denique (addit Sixt. ab Amama, l. c. p. 129), intelli-
get, nedum urgebit argumentum, quod à phrasi, *voçula*, quin NB. *und*
sepè apiculò & Accentu depromitur? Ad (3), quod Patres & Scho-
lastici multa præclare commentati sint, qui tamen Linguae Hebraeae non
fuerint periti, licet pridem B. Lutherus rectè responderit,
Tom. II. Jen. Germ. pag. 414. seq. *Wo rechnest du aber auch das*
hin / daß sie so oft in der Schrift gefeilet haben; und ob Sie gleich
etwa recht geredt haben / sind Sie doch NB. der Sachen nicht gewiß
gewesen. --- Tappen oft wie ein blinder an der Wandt / -- und ma-
chen Ihm (dem Text) eine Nase nach ihrer Andacht / wie der dritte
Vers im 110 Psalm / Tecum principium in die virt. tua, &c. (de
quo conf. Vindic. nost. Part. II. cap. I. Loc VII), anzeigt ---
Darumb wie NB. die Sonne gegen den Schatten / so ist die Sprache ges-
gen aller Vätter Stossen: paucis tamen etiam addimus, quod ve-
hementer miremur, qui adeo imprudenter Romanensium
stre-

strenuè causam agant boni illi Viri, tam liquidò concinentes argumento simili Bellarmini, de V. D. l. 2. c. 10, *quod multa celebrata fuerint Concilia, in quibus nulli aut quàm paucissimi fuerint Hebræa Lingua periti.* Quasi verò *καυχῆσθαι* dhuc nostræ inertix præbere debeant, illa prisca barbariei ulcera, quæ potius acerbè deploranda erant; prout ipsos (saniores hæc in parte) Pontificios, hæc pro scdâ animorum tyrannide & barbarie istorum seculorum interpretari, præclare ostendit Cl. Hottingerus, in Anal. Histor. Theol. Dissert. I, exemplò quoque allatò de voce ALLELUJA, quæ ab Augustino sic explicat sit; AL, i. e. *salvum*; LE, i. e. *me*; LU, i. e. *fac*; JA, i. e. *Domine*; ab Hieronymo autem h. modo; ALLE, i. e. *cantate*; LU, i. e. *laudem*; JA, i. e. *Domino*: à D. Gregoriò, sic; ALLE, *Pater*; LU, *Filius*; JA, *Spir. S.*; vel ALLE, i. e. *Lux*; LU, i. e. *vita*; JA, i. e. *salus*. A Scholastico quòdam, sic; AL, i. e. *altissimus*; LE, i. e. *Levatus in cruce*; LU, i. e. *lugebant Apostoli*; JA, i. e. *jam resurrexit*. Ne verò illa D. Hieronymi interpretatio, dubium quem habeat, eò quod is præ aliis Patribus adhuc Hebrææ Lingux peritus fuerit; alia quoque ejusdem similis *παρρησια*, è parùm fidâ Doctoris sui Rabbinii informatione, extant documenta: ut cùm locum *Zephau. 3, 18*, *וַיִּבְרָחַ מִן הַמִּצֵּד הַזֶּה* interpretatur, (ut hodiernum Vulgata legit), *nugas que à Lege recesserunt congregabo*, (pro *tristes ob conventum*, scil. ob desertam solennitatem conventus, *congregabo*), triplici adeò errore, in totidem vocibus; nam 1. vocabulum *מִצֵּד*, quod vertit, à *lege*, nunquam *legem*, sed *statum tempus solennioris conventus*, notat: 2. *וַיִּבְרָחַ* recesserunt, de suo assuit, cùm in Hebræo non legatur, (nisi fortè solenni hodiè Capello-Vossianâ exceptione quis dicat, *olim fortè sic repertum fuisse in Hebræo*, conf. Vind. nost. p. 20): 3. vocem *וַיִּבְרָחַ* (*nughe*) *tristes*, exponit *nugas*, indeque in Hebræo etiam Latini sermonis vestigia deprehendi, liquidò adfirmare audet, tristi sanè *tristis* vocis explicatione, quæ è *nughe*

gbe reverà *nugas* fecit, quasi divina bonitas & providentia, *nugis congregandis* (absit blasphemia!) occupata sit. Pariter illum in Vulgarà volantem gallum gallinaceum, *Jes. 22, 17, Ecce Dominus asportari te faciet, sicut asportatur gallus gallinaceus*, (pro abjectione viri), non alius quoque immisit quàm Hieronymus, (ut ipse etiam fatetur, in Comm: ad illum locum); nam in Hebræo ille Gallus est *Φαινόμενον ἀνυρον*, nisi quâ parte se ostenderit iis, qui ut modò dictum, *olim fortè aliter in Hebræo fuisse*, adeò sibi plaudere solent; quemadmodum simili observatione, Vulgatus & cum eo Patres Tridentini, soli potuerunt videre Solem in voce *אֲרִי*, 1. *Cbron. 4, v. 12*, stantem, in Hebræo aliàs invisibilè; conf. Vind. nost. pag. 272, 273. Quæ & alia è Patribus aliisque Interpp: allata, aut afferenda, nemo æquior eò trahet, quasi eorum nuditate revelandâ oblectemur, sed cum indignis adeò modis, S. Textus Hebræi studio, Patrum & Scholast. lectionè, non æquiparent solùm, sed & præferant, *οἱ ἐξ ἐναντίας*, ceu inf. videb. ut igitur evidentibus tandè exèplis, tanta *μισέγγιστον* futilitas retundatur, & sciam, quod densissima quorūvis Interpretum nubes, ab unâ Hebræi Textus præsentè indole, primò & probè perspectâ, ultrò fortissimè discutiatur: pro ut rectè B. Lutherus, ad Cap. 15, Gen. *Unam in Scripturis* (certè Originalibus) *sententiam, pluris faciendam*, ait, *quàm omnes totius mundi libros*: & Cl. Sixt. ab Am. l. cit. pag. 141, *Ego ita semper credidi, Lingue Originalis notitiam, multorum Commentariorum instar esse*. Præcipuè autem tota hæc causa, afferendi à neglectu studii Hebraici, propterea forrius & majori Zelò propugnanda est, quod ab aliquot jam annis, Doctorum istorum, quos suprâ audivimus, præjudiciò & culpâ, si non damnari, certè vilipendi à juventute Acad. cœpit. Antehac fortè intertium quorundam intercalare carmen fuerat, *ὁδὲν πρὸς τὰ ἄλ-*

Φιτα: jam verò, postquam illæ, hypotheses tantorum Virorum accessere, Τένει ἀρ' ἀλλγὲ εἴωκεν ἑκκηβόλῳ, ἢ δ' ἐπι δώσει. Desertus ex eo planè est Hebraismus; contra Postillæ multorū Camelorum onus factæ sunt. Audiuntur jam rursus superioris seculi barbaræ voces, (de quibus Casaub. in Epist.) pridem à *MAGNO QVODAM EPISCOPO* explosa est fastuosa illa provocatio *Scripturarum (Originalium)*. Hinc passim parcus Hebraicorum cultor & infrequens, vix limis ea dignatur oculis, aut si quâ parte adhuc respiciat, seriò cautum vult, ne ultra *Schickardianam Radicis extractionem* protrahatur, certus obhære firmiter ad istum scopulum, ut olim ad Hazaelis cadaver Israelitæ, magno potius passu sic iterum fugiens ad veteres tenebras. Nullus ergò relinquitur ampliùs locus, votis aut obtestationibus revocantium in melius. Si Megalander noster Lutherus seriò ingeminet; *Sapè monui, ut Hebraeam Linguam disceretis, nec eam ita negligeretis, eò quod pars quædam religionis & cultus Dei sit, eam Linguam docere vel discere, quæ sola, quicquid unquam divini est, docet*, Comment. ad Psal. 45; & iterum, *Quare seriò vos hortor, ne eam negligatis, &c.* Et Tomo 7, V Vitteberg. f. 442, quod si nobis supinè stertentibus, per incuriam *Lingua elabanti. r*, timendum est, ne & Evangelium amittamus. Si huic ὁμόψηφῳ Phil. Melanchton, magnus Germaniæ Magister, gravissimè intonet, *Non aliam ad veterem barbariem reducendam magis compendariam esse viam, quàm, si Linguarum studia intereant*, Tom. 4, Orat. pag. 465; & paulò post, *se Lingua Hebrææ notitiam, omnibus mundi regnis antepone*. Si Doctiss. Erasmus, Chil. i. Cent. 9. Adag. 55, de Linguis sanctis sanctè pronunciet, quod *eas ignorans, non Theologus sit, sed* (arrigant hîc aures, Theologastri ἀνέθεσσοι), *Sacra Theologia violator, qui verè manibus pariter ac pedibus illotis, rem omnium maximè Sacram, non tractet, sed*

sed profanet, conspurcet, violet. Si pariter Magnus VVittebergenſium Theol. Frantzius, acrius etiam inſtet, h. verbis, *De diligentia in Hebrais collocanda dixi; qui verò ſecus fecerit, nec fundamenta NB intima Fontium, comparare ſategerit, cum DIVINAM VINDICTAM experturum pronuncio*, in Tr. de Interp. Scr. p. 56. Si, inquã, hæ & ſimiles autoritates non ſolùm, ſed & rationes prorsù graviffimã, Academicis, præcipuè ex illo (quẽ dixi) Equo Trojanò progressis, vel κερφομοις ἐπέσιν, ob oculos animumque ſtatuantur: ſi inſuper nova facillimã apprehenſionis adminicula, dilucidã plenioris doctrinã methodò, Sole meridiano clariù ingerantur: nihilominùs ſurdis cuncta excipiunt auribus, & lippientes, animò magis quàm oculis; nolunt videre, imò teſtibus productis, (eſſi mirentur), credere tamen ne expertis quidem cupiunt, adeò profundas apud eos egit radices, ἀνεβρασίαις perſuaſio, tantã Præceptorum autoritate nixa: ut ſanè novò Seculum hoc egeat Davide Burgundo Episcopò Ultrajeſtenſi, qui cùm è trecentis Candidatis munium ſacrorum, tres tantùm Lit. Sacrarum peritos admiſiſſet, & ab Amicis moneretur, *reputandum eſſe, quòd hoc ſeculum non gignat Paulos aut Hieronymos*, juſtò Zelò reſpondit, *Se nec Paulos aut Hieronymos requirere, ſaltem Aſinos pro hominibus admittere nolle.* Quod utinam omnes Magiſtratus, & Præſules Eccleſiarum, οἷς λαὸν ἀπὸ τῆς φάλας, καὶ τόσα μέμνη, imitarentur crebrò exemplum; prout eò nomine publicis Profeſſorum Hebræorũ ſcriptis, *rogantur* (verba ſunt Paraneſeos ad Super-Intendentes Eccleſ. Proteſt. ſcriptæ à Sixt. ab Am. p. 131) *per viſcera miſericordiæ Domini noſtri JESU CHRISTI, ut conjunctis operis id agant ſtrenuè, ut Sanctiſſima hæc ſtudia, temporum injuriã pænè iterum collapsa, in Eccleſia Dei reſtoreſcant.* Et quidem felicem in eo tunc Oratorem extitiſſe Sixtinum, inæſtimabili Reformatarum Eccleſiarum bono, docent Acta i-

stius Synodi, An. 1624. in Belgio celebratæ, quâ decretum est, ut in posterum Theol. Candidati, quotquot ad Examen Ministerii Ecclesiastici admitti desiderarent, exhiberent etiam Testimonia Professorum Hebrææ & Græcæ Lingua, quibus docerent, &c. Quod Decretum, quàm latis gratulationum studiis exceptum fuerit in Ecclesia Belgicâ, testantur seqq. cedrò digna, Celeb. D. Gomari, in Epist. ad Synod. Fris. *Dissimulare sine ingratitude non possumus, quantà meritò latitiâ perfusi simus, quod & HEBRÆÆ LINGUÆ rationem habendam SANCTISSIME ET PRUDENTISSIME, (Gallicarum Ecclesiarum more) statuistis. Alioquin enim verendum erat, ne, quemadmodum sacrarum linguarum studiis, Patrum nostrorum memoriâ suscitatis, simul veritas penè sepulta emergere cepit, ac caput attollere, ita contrà, studiis hisce neglectis, IN PRISTINAM BARBARIEM ET VERITATIS JACTURAM relaberemur. Gratulamur igitur vobis, Pp. Rev. insignem illam pietatem & prudentiam, quod Ecclesie Dei, (quam sanguine suo acquisivit), laboranti ac ruinam minitanti, salutarem Statuti Vestri manum, primò in Belgio subiecit. Quò fiet, ut S. Theol. Studiosi, qui ad Ministerii Ecclesiastici munus aspirant, rectò ordine procedant, Scripturamq; NON PER SOLAM VARIÆ INTERPRETATIONIS TRANSENNAM, EMIMUS aspiciant, SED eam PENITIVS intueantur ac SCRVTENTVR, Sanctarum Linguarum subsidio adjuti. Quomodo & CERTIVS veritatem docere, & eruditis Adversariis occurrere valebunt, &c. Sed & Anglos, pari Hebrææ ac Orientalis literaturæ cultu, adeò non inferiores Belgis, ut ferè superiores, pridem Orbi Erudito, & ipsi simul aternitati, ostendit, incomparabile illud Opus Biblicum πολύγλωσσον, à Viris Clariss. D. VValtono & Edmundo Castello editum, (nisi quod in Prolegomenis ejus, perditissimæ Capelli hypotheses de spuria origine Liter. & Punctorum S. Textus Heb. fœdissimam Operi labem*

labem inusserint, quamobrem eis Vindicias nostras opposuimus): ut non immeritò de popularibus suis gloriatus nuper videatur Cl. Beveridg Anglus, in Dissert. de Ling. Orient. quod in isto Parnasso Academico (Cantabrigiensi), *Lingua S. non minus, quàm Latina aut Græca excolatur, & tam altas radices egerit, ut omnes pœnè Musa in istud studium consenserint, nec Lingua Hebræa tantùm ut Mater, sed & reliquæ Orientales ut Filia ambiantur.* Pariter Gallorum non minus laudabile exemplum, arguunt Heptapla Parisiensia; nec non luculentò catalogò multorum in Galliis Doctis, Hebræorum, nuper edita GALLIA ORIENTALIS, pluribus probat; sed & planè *consuetudinem eam Gallicarum Ecclesiarum, dicit Sixt. ab Am. I. c. pag. 133. ut Theol. Candidato, in utriusque Testamenti Originali Textu, illud, quod Præfidi, Codicem aperienti, se primò exhibet, Caput legendum & interpretandum proponatur.* At verò Germania hodiè, licet suos etiam inter prima ingeniorum ac dignitatum, passim numeret Hebrææ ac Orientales Literaturæ Semonas, illud tamen dolor jubet dicere, sterilem in ea ac rarum ab aliquot annis, sanctioris illius Philologiæ cultorum esse proventum, præ memoratis antè, Belgio, Anglia ac Galliis: idque præcipuè culpâ quorundã Semi-Hebræorũ Doct. qui nihilominus in publicandis magnâ autoritate gravissimis in hanc rem præjudiciis, adeò importuni officiperdæ exitère, ut non immeritò, in ipsos pariter ac fidos passim ipsorum asseclas, vetus illud denuò stricturus, si viveret, B. Lutherus videatur, Tom. 7. V Vitteberg. p. 441, *Jam pridem noveram, nos Germanos non nisi bestias mansuros: & mox; Annon hoc est, crassissimò stupore Germanam bestiam esse? Quò enim aliò sermonis habitu, excepturus putetur, Magnus ille S. Originarii Textus assertor, seqq. ἱερατολογηματα. nostratum quorundam Academicorum; Ab Ecclesiarum Presbyteris,*

teris, **HEBRAEI GRÆCIQUE** sermonis scientiam **NON EXIGI**;
 saltem ut aliqua prodeant tenuis, vernaculâ versione accuratiori ef-
 fici posse, prout Vulgata Versio, Ecclesiis Occident. & Septentrionalibus
 & **LXX**, Græcis Eccl. tot seculis suffecere, inque eo imitatam Apostolos
 esse Ecclesiam, qui *Vers. LXX* ferè allegarunt in *N. T.* Non igitur pro-
 bandos eos esse, qui **SVPERSTITIOSE** adeo Hebraum & Græcum Co-
 dicem venerantur. Siquidem in apicibus literarum, aut sonò vocabu-
 lorum, reâpse vis alicujus sermonis sita non sit, sed in eo, cujus litera &
 voces sunt signa: quibuscunq; igitur characteribus, quibuscunque
 vocibus, quid traditum fuerit, **PERINDE ESSE**, omne tamen esse
 Verbum Dei; docum & literarum varias formas per se nibili esse.
 Versionis quoque fidem licet humanam, suâ tamen certitudine quâ-
 dam infallibilem esse, nec aliâ **NB** certitudine, non aliâ fide, etiam
 ex Originariò Fonte, aliquid accipi posse, cum solâ traditione, quid sin-
 guli apices & characteres, quidque singula voces significant, intelli-
 gatur. Etiam ipsum *S. Codicem* Hebraum **LABORARE** suâ quâ-
 dam **INCERTITVDINE**, eò quod ab *Efrâ* olim in quam multis à pri-
 sco mut atq; sit; quodq; Græcorû **LXX** Versionis discrepantia ab Hebræo,
 non Interpretum illorum culpâ, sed exemplorum, quibus illi usi sint,
 diversitate ab hodiernis, (igitur corruptis), obtigerit, alias ab
 iis adhibitas esse vocales & literas, etiam nonnulla aliò ordine locata.
 Tum verò 848 locis, varium ac dubium *Kri* & *Cthibb* in Ebræis vo-
 lumin. occurrere, aliasq; complures varias *Lectiones* Orient. & Occi-
 dent. Codicum. Praterè à Sanctissimis Patribus, doctos piisque non-
 nullos assensisse, quod leviora nonnulla **NB** *μνημονικά* *ἀναρρήματα*, ab
 ipsis Sacris Scriptoribus haut aliena fuerint. Igitur abundè **SVFFI-**
CERE, si eatenus modò saluus sit, sive authenticus Codex, sive trans-
 latus, ut **DOCTRINAM FIDEI ET MORVM**, integram suppedi-
 tet, de cetero vel è minus probè versis dictis, argumentum vera sen-
 tentia peti posse, idque Apostolorum exemplo: saltem in decretoriis
 pugnis

pugnis cū Eruditis, Fontes consulendos esse Deniq; optandū quidem es-
 se, ut omnes Ecclesiastici Ordinis, ex ipsismet Fontibus haurirent LIM-
 PIDAM SANAM QVE DOCTRINAM; verūm alia maximè ne-
 cessaria potiora esse, his utilibus tantūm; satius igitur esse, in utili-
 bus, quā in necessariis, deficere. Et hæc quasi per faturam sunt
 omnia, præcipua certè, è Capello-VValtonianò aliàs in S.
 Textum Originarium præjudiciò fluentia argumenta, in Vin-
 diciis nostris quidem fusiùs jam pleraque profligata, nihilo-
 minus, cū denuò etiam, inter alios *Αἰρησιολύχης*, nuperrimè
 adhuc Vir quidam Celeberrimus, sed hæc in parte nimidò
Θεοσύμαχος, (quem igitur, emendandā fortè adhuc sen-
 tentiā, meliorem speramus *καλλιμαχον*), in Gratulatoriā quā-
 dam ad Magnum Principem, eandem crambem falsissimarum
 hypothesium recoxerit, cū auctario etiam insignis
 Corollarii, (à Cl. VValtono aliàs & suffraganeis ejus nondum
 adstructi), sc. *sufficere proinde etiam Presbyteris Ecclesia, Versiones
 meliores, nec ita necessariam iis esse Hebrai Græcique sermonis periti-
 am*, (magnā utique Ecclesiæ dividiā & damnò, cum istā te-
 merariā persuasione, ceu non improbabili inertix asylo, me-
 liora ingenia in transversum jam abrepta esse, præsens Aca-
 demiarum Germanicarum status plangendus testetur): non
 ergò possumus, quin placidò veritatis studiò, citra cujusquam
 honoris aut famæ imminutionem, summa legamus denuò re-
 rum harū vestigia, pleniori discussione servatā in Tert. Par-
 tem Vindiciarū nostrarum, in Hebraismo Restituto promissam.
 Ut autem majoris evidentix ergò singula certò ordi-
 ne, (brevissimè licet), expendamus;

I. *Probare illam Thesin* suam nititur Vir Celeberr. (I.) *Exem-
 plis Ecclesiarum Occident. & Septentrional. quibus Vulgata-
 Latina, tūm Græcarum, quibus LXX viralis Versio tot seculis
 suffecit*

sufficit, p. 50 & 30; quod *Apostolos* quoque suis allegationū ē LXX exemplis confirmāsse vult, p. 26. Hic quod ad prius mēbrū, miror sanē, qui Doctissimo Polyhistori, non simul memorem aures vellicārit, status quoque miserandus istarum Ecclesiarum, ē meris illis Versionibus, & Interpretum suorum Glossis, neglectō Fontium consiliō, vel attractus vel auctus, quāmq̃ue horrendos in doctrina & vita errores, supinus ille Originarii Verbi Divini neglectus, in Ecclesiam invexerit; quas igitur tenebras, non nisi *πυλιγγενεσία* S. Liter. Originarium, superiori seculō, dispelli iterum potuisse, nemo rectiūs ipsō Virō Cl. novit. Notabilis in hanc rem extat sententia Theandri nostri, Tom. 7. V Vitteberg. pag. 441. *Cum primum emergerent Lingua, omnes ignorabant, quō consiliō Divina Sapiaentia Linguas in lucem prodire sineret, donec re compertā videmus, hoc EVANGELII RESTAVRANDI causā factum esse, ut Papistica abominatōnis regnū everteretur.* Quis enim iguorat, in Vulgatō solam voculam *IPSA*, pro *IPSE*, Gen. 3, 15, (*conteret caput serpentis*), tantum *μαερολαρπειας*, (quasi cooperatricis in negotio Redemptionis), extitisse argumentum, ut Bellarminus, Gretferus, Gordonus, Canisius, alique Pontificiæ sedis Parastatæ, illud *πρωσιτε χερωσιτε* tueri nitantur, licet manifestū sit perverſi Textus Originarii sacrilegium. Sic LXX Versio, Jes. 63, 9, hæreticō planē sensu, *Angelum facierum Domini, alium facit à Servatore Israelis, (quem igitur sensum, Cl. Schotanus in Tr. cont. Vols. rectē ait, nequaquam esse à Spiritu Christi, cum pervertat ea, quæ de Christo loquuntur).* Quæ & similia plura, alleganda si spatium pagell. pateretur, verissimum probant, quod Cl. Prideaux Anglus, in Lect. de Relig. Cap. pag. 185, scribit, *Observarunt circumſpecti, vix unquam hæresin aliquam, aut errorem, exercuisse Ecclesiam, quin NB è Scripturæ apicibus, aut neglectis, aut perperam intellectis, duxerit originem.* Item Paræi illud in Gen.

Gen.

Gen. 48, 16, *Hebraïsmorum ignorantiam, horrendos errores in Ecclesiâ in vexisse.* Quàm ergò minimè firmam aut tutâ Theſin illam præſtet, exemplum ſufficientium Verſionum ſuper ſeculis, altiùs ſecum ἀνευ παροχρήματ' & perpendere velim Virum Doctiſs. Pariter *Exemplum Apoſtolorum*, allegantium quandoque è LXX Verſ. vet. Teſt. fruſtrâ allegari, nihilque omninò præjudicare τῆ ἀσφαλείᾳ ἐρμηνείας ex originariò, pluribus nunc probare ſuperſedèo, cùm ſatis ſuperque factû ſit tùm in Vindic. meis Hebr. pag 361, 362, ſeq. tùm à Cl. Schotano in Diatribè cõtra Vofs. Obſigno igitur primû illud, contrariâ hâc concluſione, potiùs haut *probandum eſſe*, quod *ſuperſtitionem* appellet V. D. *piam venerationem* θεοπνεύστῃς Hebrai & Græci Cod. præ quâvis humanâ verſione. (2) *Probare eandem Theſin* nititur Vir D. argumentò è naturâ rei, ſc. *non in apiculis literarum, aut ſono vocabul. ſit am eſſe vim ſermonis, ſed in eo cujus illa ſunt ſigna: quibuscunque igitur characteribus, aut vocibus exprimatur, omne tamen eſſe Verbum Dei.* Ad hoc quoque facilis eſt reſponſio, eſſe omninò quidem Verbum Dei *materialiter*, quicquid rectè è Fonte translatum eſt, quâcunque Linguâ & quibuscunque literarum ſignis; verùm nobis non ſignari ſic θεοπνεύστως & infallibiliter verbum Dei *formaliter*, quos tamen ἀμετάωτῶς de perſcriptò ſenſu ſuo, per immediatâ θεόπνοιαν Scriptorum S. Divina bonitas voluit, (Verſio autem humana nulla præſtare poteſt): & hæc ipſa eſt illa vis, in authentico ſeu originali textu ſita, quam fruſtrâ omninò Vir Cl. negat. Affirmans igitur, *perinde eſſe*, quibus characteribus literarum, vocum, aut Linguæ, (ſive ut *apiculi* ſubjiciantur oculis, ſive ut *ſoni*, aurib9), res ſacræ ſignatæ, ſeu ſenſus divini, Presbytero Eccleſiæ obveniant, nihil aliud dicit, quàm *perinde eſſe*, utrum is habeat ζεαΦῆν θεόπνεύστου, (quod tamen D. Apoſtolus, ut ſanctiſſimum ἀρχιμα adeò extol-

extollit), an minus talem; neque enim Versioni ulli, quam Orthodoxum hactenus *θεοπνευστων* adstruere sustinuit; (licet Vossius tale quid de LXX commentus sit è Patribus, in *Diss. de LXX cap. 25.*, quod nihil mirum, cum S. Textus Hebraeus ipse sit *Judex mutus, aut certe non Deised Masoretbarum linguâ loquens*, in *App. Hag. pag. 2*; *tibia mutilis, sonum non edens*, *Ibid.*). Tandiu ergò minimè perinde erit, an illa rerum seu sensuum sacrorum *ἀπειρονόημα*, (*apiculi aut soni*), ex *θεοπνευστων*, an verò humanâ infirmitate, nobis offerantur, quamdiu non res ipsas insuper etiam habendas, blasphemè asserere, quis ausit. Sed cum huic quoque à Capello jam injecto argumento fufius satisfecerim antè, in *Vindic. à pag. 73.* usque *76.* & *pag. 337.* eò jam brevitatis studio Lectorè remittere cogor. Et sic illud quoque præcipuum V. Doct. argumentum, nihil omnino probat.

(II). *Vindicare* etiam illâ Thefin suam Vir Cl. conatur, ab objectione *incertitudinis Versionum*, scilicet illis quoque *licet humanam, tamen & suam quandam fidem infallibilem esse, nec aliâ certitudine ex Originario Textu quid accipi posse.* Hic certè si dicerè, [1]. Virum Cl. supra ipsos Pontificios saniores *παροδοξολογῆν*, facile propriis horum testimoniis, verbis fidem invenirem. Sic enim Gretzerus, p. 520, *Hebraeus Textus hanc habet prerogativam, ut ipsa etiam verba IMMEDIATE sint à Deò, quod in Translatione non contingit, cum verba suppeditet Interpres, & quidem HVMANO STUDIO, non illò peculiari ductu & instinctu: (minimè sic pari certitudine utriusq; agnitâ).* Pariter Aloysius Catanæus, in *Conc. Trid.* monuit, Card. Cajetanum sapè dicere solitum; *Eum, qui Latinum solummodò Textum intelligeret, dici non posse, INFALLIBILE Dei verbum intelligere; talis enim, inquit, bat, solummodò intelligit vocem INTERPRETIS, qui ERRORIBUS*

obno.

obnoxius est. Item Andradius, def. Conc. Trid lib. 4. *Qui Hebraea pie & religiose tractant, multò in iis AMPLIORA, quàm in Grecis & Latinis offendent.* Unde etiam Marsennus Theol. Paris. in Obs. ad Probl. D. Veneti, pag. 336, *Opera pretium esset, ait, ut Christiani diligentius Hebrae Lingua incumberent:* in quam rem quoque Mendozae, Serrarii, aliorumque Pontificiorum consensum, pluribus adducit Sixt. ab Am. in Antib. Bibl. pag. 123; indeque rectè monet, etiam Socinianis, Jesuitis, & Monachis, *Ling. Original. studium, inter NECESSARIA THEOLOGIAE INSTRUMENTA jam numerari:* cùm contra, p. 49, cit. Ep. Gratul. à Viro Cl. studia Hebraica, è necessariorum censu ita submoveantur, ut vix inter utilia relicta sint. (2). Omnium piè Eruditorum consensum, pari isti certitudini, à V. Cl. adstructæ, penitus refragari, pariter è seqq. patebit Testimoniis, tùm Vet. Eccles. D. ut D. Hieronymi; *Cogimur ad Hebraeos recurrere, & Scientia veritatem, de Fonte magis quàm de rivulis querere:* tùm recentiorum; ut Dn. D. Frantzii, de Int. Scr. pag. 33, & seq. *Omninò INCONCLISSUM manet hoc, quod Sacer Codex he scriptum Omniscii & ἀναπαύητις Dei, sed Versiones sint scripta hominum, qui labuntur multipliciter:* & pag. 53, ibid. *Qui nosse cupit Verbum Dei, ut ab Autore Deo fuit ortum, citra ullam detorsionem purum putansque, is illud non leget aut intelliget, nisi in eadem Lingua, quâ à Deo primitus est promulgatum.* Item Iunii, in præf. Gramm: Hebr. *Præclare judicabant NB omnes veteres, Translationes esse rivos, ductos è purissimis Fontibus, humanâ operâ, ac proinde sordibus ex infirmitate hominis inquinatos, nec igitur autoritate (certitudine) cùm Authentico comparandas;* Ut meritò tandem concludat Sixt. ab Am. in Paræn. p. 137: *An ergò nihil faciet ad certitudinē fidei, DEVM IPSUM, sine Interprete, suis auribus audire loquentem?* Hactenus ergò Pontificiorum meliorum, &

magno aliorum Dd. consensu, inter certitudinem Textus
 Hebræi & Versionum, כנובה הרים בנייה *montium discrimen*
intercedit, quam adeò confidenter exæquare Vir Cl. voluit.
 (3) Quæ non Confectaria pessima, ex isto asserto Viri Cl. flu-
 unt? (α) Sequitur certè, Pontificiis χερσίον & νόμου, ex hoc
 principiò concedēda Vulgatæ suæ ἀθεσίωσις, aut certè ἀντιέξωσι-
 σις; ceu ostendit jam Decretum Synodi Tridentinæ, quod ob
 id *ultimum Diaboli crepitum*, meritò dicit Celeb. Hotting. in
 Smeg. Or. pag. 25. (β) Latè panditur asylum ignorantia, Ju-
 ventuti Academicæ, hanc igitur *compendiariam viam*, alteram
 (per Textum Origin.) *dispendiosam*, cum Latomo & Sutore,
 bestiis ab Erasmo profligatis, vocanti, dum perinde esse au-
 dit, quâ Linguâ, Autoris Divini an Interpretis, Verbum Dei
 intelligat. Et sanè ut ingeniosa est inertia, probè sibi jam mu-
 nire hanc compendiariam (sed Ecclesiæ valdè dispendiosam)
 viam ad Ecclesiasticas functiones, didicerunt Juvenes multi:
 ut meritò Dn. D. Franzius Int. Scr. pag. 630, denuò queratur;
maximè noxium id toti terrarum orbi esse, quod tam pauci discant
Linguas Orientales: quos igitur admoneri non solum, sed & VE-
HEMENTER, jubet Musc. in L. Comm: tit. de Ling. Scr. ut sa-
crarum Linguarum Hebraeæ & Graecæ cognitionem, studis suis, non di-
co quasi ἀπέργον adjiciant, sed NB instar fundamenti, in ipsum FUN-
DVM mentium suarum submittant; scil. ne docturi deinde in Ec-
clesiâ, incurrant illud Matth. 21, 29, ERRATIS, NESCIEN-
TES SCRIPTURAS: siquidem Linguæ S. imperitus, nihil
de proprio ipsius Dei ore capit, sed per interpretem cum
Deo agere cogitur; ac licet è Versione proferat vera, non ta-
men ipse ea vera dicit, sed credere sic Interpreti (erroribus
obnoxio) cogitur, & in se verum, à se pro vero judicari non
potest: & quod maximè adhuc peccatum augere, ait Musc. l. c.
illis

illis id fit locis, ubi NB dona Gratia Dei exposita sunt, & sic in prom-
tu, ut etiam fastidientibus obrudantur. (γ) Ex eodem principio
paris utrobique certitudinis, utique concidit necessarium ex-
amen Versionum ad Fontem, quod tamen non solum Pontifi-
cii meliores pro rato habent, ceu patet ex his Jes. Acoſtæ
de Chr. Rev. 2, 15. *Ea demum habenda est interpretatio bona, que
concordat Originali Lingue; & ex opere Decretalium Gratiani,
Greg. XIII autoritate denuò roborato, Veterum Librorum fi-
dem de Ebrais Voluminibus, examinandam esse: sed etiam ipse
Vir Cl. it. assertum, in Gratul. suâ, pag. 47, Doctiores quosque & pru-
dentiores Christianos, ad Ebraicam veritatem tanquam ad fontem &
normam respicere; & pag. 45, Ut autem hodie tuto & securè admit-
sat, quod non sive de Ebraeo Test. vet. sive de N. Fœd. Græco Fonte
sit haustum, vix quisquam patietur sese adduci, SI SAPIT QVI-
DEM.* An jã ergò sic sapere tantum novæ Versionis interpolator
debeat, ut non potius perpetuò cuivis ἐρευνῶντι τὰς Γραφάς, i-
dem incumbat Originalis Verbi amor & scrutinium, & num
hoc à Pontificiæ ἀνεξετάστως σκολιοδοξία multum abeat, ipse
secum Vir Doctis. dispiciat velim; præcipuè cum ultrò fa-
teatur, pag. 21, quod *Interpres quamvis maximè industrius & dex-
ter, nequeat tamen omnia sic exprimere, ne quid jure desideretur; &
pag. 22, aliam Linguam pari opulentiâ referre haut posse, quod in
Hebræo est.* Curigitur in non necessariis ponit V. Cl. ut ipsi
hic in rem præsentem veniant Presbyteri Ecclesiæ, & propriis
oculis animoque, illos opulentiores sensus divinos usurpent,
quò sacrò quòdam ἀνὸς ἔφα non minùs gaudeant, quàm hu-
manæ olim sapientiæ sectatores? Quod si excipere velit, è pag.
40, in decretoriis tantum pugnis, ubi cum Eruditis res est, Fontes ad-
bibendos esse, de cætero in Versionibus perquam alioqui turbidis, satis
multa reperiri limpida & defæcata; quæro iterum, an ergò Pres-

byter Ecclesiæ, non egens per ipsū Hebr. Ling. peritiā, in decretoriis pugnis stare possit aut debeat? aut num pari certitudine, (quæ præcipuè anquiritur), è turbidis rivulis, ac purissimò fonte, limpida & defæcata hauriri queant? Frustrà omninò hîc obtendit V. Cl. allegantes è LXX vet. Test. Apostolos, eòdem Spiritu ubique infallibiles, etiamsi per *συγκατάβασις*, è notâ gentibus versione citarent, (semper tamè præferentes Hebræum, ubi Interpretes erroneum potiùs, quàm subordinandum, nec conciliandum cum Fonte, sensum fovent; ceu patet è plur. locis adductis in D. Calovii Crit. S. pag. 762), hoc ergò nihil planè præjudicare, nobis ablegatis tantùm ad *χαρὴν θεόπνευστον*, pluribus ostendi, in Vind. pag. 362, 364. Semel igitur nobis sufficiet illud Amefii; EUM SCRIPTURÆ SENSUM VOCARE, QVEM SPIRITUS S. NON SENTIT, AUT INTENDIT, ID ALIENUM EST AB OMNI SENSU: cui concinit illud 2 Petr. 1, 20, quod nulla expositio Script. debeat fieri *ἰδίας ἐπιλύσεως*.

Sed instat porrò Vir Cl. tuendo sententiam suam, (1) pari incertitudine Hebræarum significationum, dum non nisi à Judæis dissentientibus inter se, & solâ humanæ traditionis fide, quid quæque voces aut apices significent, sciri possit, pag. 22, 52. Verùm hoc totum argumentum, (quod à Magno Pontif. Religionis Goliatho, Gordonio Huntlæo, To. 1. cap. 6, mutuatus videtur V. Cl. aut fortè à Photinianis, quibus semper in ore, potest aliter intelligi), cum ceu tritam hæreticorum *ὑπόφασιν*, pridem fusiùs discussum, penitùs profligârît Dn. D. Frantz. in Interp. Scr. à p. 35. usque 42, (ubi rectè concludit, *nugas in ore Theologi, sec. veteres esse blasphemias*); meritò tamdiu eò acquiescimus, quoad irrefutata in illo triumphabit veritas: præcipuè cum ultrò appareat, confundi tantùm testimonium Judæorū aliorumve

Dd, mi-

Dd. ministeriale seu externum de significationibus vocum,
 Hebr. cum principali internâ *αὐθρομολογία* Linguae S. de se ipsa,
 per naturalem & indissolubilem nexum, nativæ significandi
 proprietatis, tot contextibus parallelis manifestæ, cum illis suis
 characteribus (aut sono) Literarum & vocum; quorum u-
 num non magis sine altero dari autungi potest, quam materia
 sine forma, aut corpus sine anima, nisi fortè cadaver (כח ושלום)
 Scripturam S. blasphemè quis dicere velit, & cum Pontif.
 Cochlæo, Lindano, Salmerone, *literam mortuam, mutam, ad do-
 cendum ineptam*, cumque Bellar. 3 de V. D. c. 9, §. 1. *Scripturam
 S. non posse ipsam dicere, quis sit verus ipsius sensus*: quem igitur a-
 pertum Syncretismum, miror tantæ doctrinæ & iudicii Vi-
 rum, non cautiùs advertisse. *Instat* (2). Vir Cl. *Annon tandem
 sufficiat, quod in Versionibus, (etiam minùs perfectis), salutaris fidei
 & morum doctrina sit salva, quâ igitur non defuerint populo, necessa-
 ria S. Scriptura ad salutem adminicula, nec desierint Ecclesie esse Chri-
 stiana & Deo accepta, pag. 27, 30, 31, 32.* Hic resp. confundi planè
 distinctissimos controversiæ status. Non enim quærebatur,
 nedum affirmatum ulli unquam fuit, *turba fidei, salutis aeterna
 causâ necessariam esse Hebraei Græcique sermonis scientiam*, (quod
 seu delirium, parum æquus Vir Clar. impingit Patronis qui-
 busdam Orig. sermonis, l. c. p. 50, cum nemo, quod sciam, id un-
 quam dixerit): nec etiam quæstio erat, *annon turba fidei, è qua-
 licunque Versione, suppetat sufficiens fidei & morum doctrina*; pag-
 cit. Pridem enim ultrò hoc conceditur, non solum de minùs
 accuratè versâ Script. S. sed vel de Catechismo & Symbolis
 Ecclesie: quò igitur rectè referre licet, quæ contra ulterioris
 perfectionis necessitatem adeò urget Vir. Cl. pag. 33, *non
 vocasse nos Deum, ad beatam vitam per difficiles quæstiones, in expe-
 dito & facili nobis esse aternitatem, &c.* Sed verò, uti minimè hinc
 col-

colligendum esse, ipse scribit Vir Cl. pag. 41, *inutilem fore novam
Versionem accuratiorē, (ne scil. propria vineta cæderet);* ita pa-
ri jure jam quærebatur, an ob id ulterior perfectio Authenti-
cæ Scripturæ, & ejo peritia in Presbyteris Ecclesiæ, à V. Cl. elevā-
da fuerint ut non necessaria, quibus carere possimus, quod sine
eis salvari queat populus; cum eadem operā, totā Script. jam
carere nos posse dicendum sit, dum vel Postillæ ad salutem e-
rudire possint. Respondebit ergo pro me B. August. Ep. 3. ad
Voluf. *Magna est Christianarum profunditas literarum, --- non quod
adea, qua necessaria sunt saluti, tantā perveniatur difficultate, sed quod
multa mysteria proficientibus restent, ut etiā annosissimis, acutissimis,
& flagrantissimis cupiditate discendi, hoc contingat, quod Scriptura
alicubi dicit, CUM CONSUMMAVERIT HOMO, TUNC INCIPIT.*
Quin ipse Vir Cl. pro me fert sententiam, pag. 47. statuens,
*doctiores & prudentiores Christianos ad Ebraicam veritatem re-
spicere, --- ut omnia cū Fontibus in Ecclesiis nostris conveniant; & NB
aquistimum esse, ut Ecclesiastici Doctores hac parte benè muniti & in-
structi sint.* Valeat igitur suffragium, nec repetatur tessera; ;
cum utique Presbyteros Ecclesiæ, in numerō doctiorum &
prudentiorum Christianorum habere ipsum oporteat. Quod
autem de Ecclesiis superiorum seculorum, adeo securè addit
V. Cl. pag. 31. *eas non desisse per id Christianas & Deo acceptas esse,*
quod Originarii Textus Sacri incuriosæ fuerint; quàm illud
quoque minimè simpliciter verum admitti possit, jam superi-
rius innui, expendendo istarum Ecclesiarum summè funestum
ac calamitosum statum, plurimis obortis hæresibus ac pesti-
feris dogmatibus corruptissimum, (de quo pleni sunt omnes
Hist. Eccles. libri), quas tamē plus quàm Ægyptiacas tenebras,
novā statim renascentium literarum & Evangelii luce, tam feli-
citer dispelli vidim⁹, ut omninō ex hac Originaliū Fœderis Ta-
bula.

bularum restitutione, verè Christianas & Deo acceptas Ecclesi-
 as vocare demùm liceat. Quod deniq; pag. 32. & passim alibi
 Vir Cl. etiam S. Textum Originarium æquè ac Versiones, ad il-
 lam tantummodò *fidei ac morum doctrinæ integritatem ac neces-
 sitatem*, adstrictum vult, cum suis, quos hic sequitur, Ante-
 signanis, Capello, VValtono, Vossio, & similibus *Vulspeculis
 vastantibus vineam Domini*, (Hebræam dico Veritatem), *Cant.*
2, 15; nescio sanè, quò Spiritu vertiginis, multi sic irruant te-
 mumento quasi impetu, in Cœleste illud Chirographum,
 Epistolam Creatoris ad creaturam suam, ut reliquum illud
 DEI verbum, præter Articulos fidei ad salutem necessarios,
 quasi minutum aliquod ac parùm momentosum, pro dereli-
 cto, ac perinde qualiscunque tenoris, haberi, fas ducant aut
 necessarium. Rectè Dn. Buxtorf. in Anticr. pag. 851, *Hanc di-
 stinctionem, quod in Script. contineantur multa leviora, & non ma-
 gni momenti, vergere, dicit, in ignominiam verbi Dei, imo Dei ipsi-
 us*. Annon enim fidei objectum est omne verbum Dei? Non-
 ne tota Scriptura est *Lex veritatis*, *Malach. 2, 7*. *Lex Domini per-
 fecta*, *Pf. 19, 8*. *Præceptum Domini purum*, *v. 3*. *Liber Jbove, Jef. 34,*
16. *Exaratus Scripturâ veritatis*, *Dan. 10, 21*. *Desiderabilia præ auro
 & melle*, *Pf. 19*; in quibus igitur, ut *λόγους ζωῆς αἰώνις*, *Joh. 5*, ne-
 quaquam talem differentiam agnoscit Apostolus, *2. Tim. 3, 16*,
 ubi *πᾶσαν γραφήν omnem, totam, Script. dicit, θεόπνευστον καὶ ὠφέ-
 λιμον, -- πρὸς διδασκ. &c. & Rom. 15, 4, Quæcumque antè scripta
 sunt, (non quædam tantùm), εἰς διδασκαλίαν παρεγράφη. Tam
 enim hoc quàm illud dixit DOMINUS, qui *Hose 8, 12*, de sei-
 plo profitetur, *Ego scribo eis, &c.* Et *Jef. 34, 16*. *Spiritus ejus ipse
 congregavit ea*. Ab hujus igitur Autoris, (qui ipse ea scripsit,
 quæ scribenda dictavit), magnitudine cum momentum
 habeant etiam illa, quæ ad salutem non necessaria æstimantur,*

D

tur,

tur, quæ infania ergò est, illa quasi *leviora*, perinde habere? Æquiores hæc in parte sunt ipsi Pontificii quidam; ceu patet ex his Bannesii Dominicani, To. 1. ad Thom. pag. 46, *Omnia, quæ in Script. continentur, utilia sunt, etsi minima videantur: quia DEUS Autor Scripturae, NIHIL SINE CAUSA dixit; omnia enim refert ad GLORIAM SUAM & utilitatem hominum.* Aut admittentes sanè illam hypothesin, ex eadem suæ Vulgatæ etiam authenticam æquè adstruere nõrunt; ceu ipse allegavit Vir Cl. pag. 91, *Tridentinos, Vulgatam Latinam Authenticam pronuntiâtes, quod nullò sædata sit errore, in dogmate fidei & morum.* Pari certè consequentiâ. Hinc non solum prisca Ecclesiæ Dd. nobis sanctiori de rebus sanctis suffragiõ adstipulantur, *nihil esse in Scripturâ, verba sunt Basilii, in Epist. ad Amphil. quod non sit magni momenti, etiamsi nobis nihil aut parùm esse videatur: & D. Chrysostomi, Hom. 15. in Gen. neque dictionem parvam, neque Syllabam, in Divinis literis esse prætereundam: non enim verba tantùm sunt, sed & Spiritus S. verba, &c: item D. Hieronymi, in Ep. ad Eph 3. singuli sermones, Syllabe, apices, & puncta, in Divinis Scripturis, plena sunt sensibus: pariter D. Bernardi, In Scriptura ne modica quidem vacat particula; imò nimis viliter hoc esset, de ea sentire.* Sed & recentiores magnò idem docent consensu, ceu probât seqq. Münsteri, in Fide Chr. san. & rect. *Nihil Scriptum est in Div. Textu sine causâ, nihilque in eo supervacaneum, nullum verbum erroneum, imò non redundat ullum punctum, aut ulla litera, aut nullus apex.* Sic Vir undequaque Celeberr. Dn. Bochartus. Præf. in Phaleg. *In Scriptura nihil frustra dici, verum & indubitatum est: nempe Libri sacri supra ceteros hæc prerogativâ eminent, quod nihil in eis est, quod vel vacet, vel deficiat: & mox; Qui accusat Verbum Dei, quasi habeat quædam ociosa & superflua, vult haberi Deo sapientior, & Paulum arguit mendacii, omnè Scr. utilem & θεοῦ πνεύματος*
dicen-

dicentem. Sicalii alibi passim: quibus omnibus tandem ipse quoque Vir Cl. pag. 53. *ὁμοῦν Φίξες* h. v. *Non duntaxat in maxime ad salutem necessariis & planissimis, sed in quibusvis etiam aliis, ab erroribus immunem prestandum esse Lectorem;* quod cum versioni ibid. tribuat Vir Cl. quanto magis Fonti idem competere dicendum erat. Sed ne quis fortè suspicetur, saltem obiter sic vuculas aliquas excidisse Viro Cl. de non exigendâ æquè à quòvis rudioris plebis Catechetâ, ac doctioribus Ecclesiæ Presbyteris, originalis sermonis peritiâ, (qualis toleranda aliquò modò sententia ejus videri poterat); attendi diligenter velim, totius scriptionis ejus argumentum & scopū, cum suis probationum modis, dum cudenda Ecclesiæ Evangelicæ nova Versio vernacula, utique non tantum rudiori *Ποσιδιωπώτων* turbæ, sed in communi *PRESBYTERIS ECCLESIAE AMPLISSIMI DUCATUS*, pag. 50, *suffectura* perhibetur, uti *olim Vulgata, Ecclesiis Occidentalibus & Septentr. usque ad Lutherum, & LXX Versio, Græcis;* ibid: *quibus licet minus perfectis Versionibus SEMPER ET VBIQUE usa sit Ecclesia Christi,* (non tantum Catecheta), *& nihilominus fuerit Deo accepta, & abundè à salutaris doctrinâ instructa,* pag. 51: *unde & perinde sit, quibus apicibus, sonò, aut Linguâ, tradatur Verbum Dei,* ibid: *nec aliâ certitudine aut fide, ex Originali Fonte quid accipi posse, quàm è Versione,* ibid. Vel hæc jam ergò satis manifestò produnt, longè ulterius ire Viri Cl. argumentum, quàm in Catechetas ab originalis sermonis peritiâ absolvendos: verum sequentia amplius etiam *ἡρησ Φύξες* illud *ἀποτόμους* incident, evincenque, non ita tolerabile, sed perniciosum omninò toti Ecclesiæ dogma, scriptò istò propalasse Virum Clar. ut nec salvâ conscientiâ, ad id tacere possint, qui publicâ religione his intersunt Literis, nec ipse Vir Cl. salvò Numinis metu, aliter queat, quin prope-



dilem δευτέρας, Φεβντίδας, σοφοτέρας, pro honore Nominis Div. & sanctissimarum ejus Original. Tabularum Fœderis, Ecclesiæ Dei sic explicet, ut sese, tentandis potius aliis, quàm oppugnandæ seriò Veritati, impendere aliquando Virum Cl. voluisse, commodius de ipso sentire queamus. Interim videbimus, quomodo ipsam porrò rei arcem Vir Cl. adhuc invadat. Igitur

III. *Objicit Vir Cl. variisque probare nititur rationibus, quod & ipse S. Codex Hebraeus, aliquà sui parte habeat aliquid minus certi, pag. 20; & suà quâdam laboret incertitudine, pag. 14; imò non aliâ certitudine ac fide, quàm versio aliqua, p. 51; nimirum, ut ne soli novæ Versioni vernaculæ, vitio esset incertitudo ex interpretis humanâ infirmitate, sollicitanda quoque erat in subsidium, (profus ad mentem Pontificiorum), incerta pariter S. Hebræi Textus ἀσφάλεια. Scilicet Itacus hoc velit, & magnò mercentur Atrida: prout Bellarminus, de V. D. l. 2. c. 2. hoc tantùm sibi concedi cupit, non, quod in iis, quæ ad fidem & mores pertinent, Scripturæ S. integritas desideretur, sed tantùm in dictionibus quibusdam, quæ sensum aut parum aut nihil mutant. Pari modo Joh. Driedo l. 2. de Eccl. dogm. & Gretzerus, l. c. p. 537, & 363; item pag. 541. saltem non constare de codicibus Hebraicis, an cum suis Fontibus, i. e. primis exemplaribus conveniant; quibus tamen conformem esse NB. Versionem nostram (Vulgatam), nos certos facit ECCLESIA: Unde Morinus tandem, in Exerc. Bibl. 6, c. 2, liquidò colligit, INCERTITUDINIS Scripturæ (Originariæ) banc fuisse causam, scil. consilium Divinum, ut omnes ECCLESIAE JUDICIO se submittere cogerentur. Quod & ipsum D. Waltonum, & Capellum licet Reformatos, Pontificiis ultro jam largitos esse, in Vindic. nost. p. 188. & 190, ostendimus. In eandem igitur sententiam quoque superioribus mensibus, editum*

ditum Parisiis *Journal des Sçavans*, (quod Celeberrimi Juris-
conf. Dn. D. Erii Mauriti, magnis Exterorum amicitii Clari,
Collegæ nostri honoratissimi, operâ, ad manus nostras de-
venit), post varias incertitudinis Codicis Hebræi allegatas
rationes, p. 53, 54, 56, & seq. *Que l'Escriture Sainte est tres-obscure
& tres-equivoque, par plusieurs choses*, addit hanc causam, que
Dieu semble y avoir mises pour obliger les hommes, NB. d' avoir re-
cours au jugement de l' Eglise, à laquelle seule il appartient, de deter-
miner, quel est le veritable sens du Texte sacré. Hôc enim obtentô
(imò ex illis hypothésibus Virorum Cl. VValtoni, Capelli,
&c. necessariò concedendò), Judice controversiarum, quâ
non ἐξοτὰ licebit Ecclesiæ Romanæ, etiam prodigiosissima
quævis dogmata sua tueri, adversus eòs, qui incertò æquè O-
riginariò Fonte, ac versionibus humanis, nituntur? Cùm i-
gitur hinc iterum, non ita levia, sed multò gravissima con-
troverſi Ζητήματα momenta se prodant, adeò ut ipse Spiritus S.

Zephan 3, 4, eòs, qui sic קדש חמסו תורה הללו profanant San-
ctuarium, & opprobrium faciunt Legi, ut non attendant בקול ad
vocem revelatam, quò admitterent מוסר disciplinam, lb. v. 2, duris-
simò feriat elenchò, אנשי בוגרות פחסי homines leves & per-
fidos appellando, dum ab Ecclesiæ testimonio id suspendunt,
à quo pendere ipsa unicè debebat: proinde breviter nunc
ostensari priùs rationum variarum Viri Cl. consensum cum
Pontificiis argumentis Parisiensium Autorum citati du *Journal
des Sçavans*, singula mox succinctè, quantum pagellarum
ratio præsens permiserit, expendemus. Sunt autem Viri Cl.
rationes seqq. Quod ab Esra olim in quam multis mutatus sit Co-
dex Hebraeus, pag. 15. Quod Versionis LXX. Interpretum discrepan-
tia ab hodierno Heb. Codice, arguat, Exemplorum, quibus illi usi sunt,

dissensum ab hodiernis (igitur corruptis): pag. Alias tunc adhibitas esse Vocales Literas, aliò etiam ordine quadam locata fuisse, pag. 18. Tum 848 locis variare Keri & Ketif; item varias lectiones Orientalium & Occidentalium, p. 18 & 19. Denique & $\mu\eta\eta\kappa\omega\iota\kappa\alpha$ ἀναρτησάτω ab ipsis Scriptoribus Sacris non aliena fuisse, ipsorum Sanctissimorum Patrum, & doctorum piorumque consensu, p. 33. Eòdem redeunt trita Pontificiorum rationes, pleræque breviter adductæ in citatò Pariensium Dd. Journal, contra Cl. Buxtorfii Comm: Masoreth. quæ Latinè sic habent; pag. 59, Non potuisse Judæos omni suò Masorethicò labore cavere corruptionem Textus Heb. cum nihilominus sit corruptus. Pag. 53, 54, Initio in Textu Hebraeo puncta non extitisse; exemplò aliarum Linguarum Orientalium, & documento Exemplarium in Synagogis Judaicis. Pag. 55, Fuisse olim unum tenorem Textus Hebræi, sine ulla distinctione Versuum aut Vocum, ut totus Codex fuerit, quasi una vox continua, prout adhuc multa Manuscr. antiqua Latina & Græca eodem modo reperiantur. Pag. 56, Insuper facilem errorem esse in affinis Heb. Literis. Pag. 57, Igitur Judæos factà Masorà supplevisse defectum vocalium, & divisisse Textum in Versus. Pag. 58, Buxtorfium quidem in Tiberiade deducere vocalium originem ab Esrà; verùm contradici à plurimà parte Dd. qui tempore Hieronymi vocales nondum fuisse adhibitas statuunt. E quibus singulis, perpetua equivocationis & obscuritatis argumenta, trahunt Parisienses Dd. ad obtinendum in Religione Judicium Ecclesie, ut suprà vidimus. Ut ergò ordine adversus hæc procedamus;

(1). Illa excutiemus, quæ pro incertitudine Cod. Hebræi, contra authenticam originem Characterum S. Textus Hebræi, sublestà adeò fide ab utrisque afferuntur. Quandoquidem verò in totà hâc controversiâ circa Originarium Textum Hebræum, ab Adversariis tantoperè impugnatum, ipsi Actoris personam

sonam sustinent, (ceu pluribus ostendimus in Vindic. nost. p. 31, 32); quibus igitur omninò incumbit onus probandi suas criminationes adversus S. Textū Hebr: cum è communi regulâ Juris, *tamdiu unusquisque habeatur bonus, donec probetur contrarium*: & quidem non levibus conjecturis aut suspitionibus, (quomodo ex. gr. minimè sufficeret ad accusandam, nedum probandam, læsam virginis pudicitiam, quod id sanè per rerum naturam non prorsus sit impossibile; à tali enim probatione, ipsa haut dubiè absolveretur gloriosè, & justas temerarius criminator lueret pœnas); sed firmis ac stringentibus rationibus, à contrariis quoque instantiis ritè liberandis. Jam si quis æquisimū hoc postulatū, cum Adversariorū processu disputādi, accuratiùs contulerit, videbit *ὀφθαλμοφανὸς* (nisi quidem *μυωπαδίζων* abutatur oculis), eos meris conjecturis ac præsumptionibus, contra rectioris sententiæ evidētissima & invictissima argumenta, (quæ de abundantia adhuc *ὀμιλοῦν* promere licet), militare: ut meritò hic valere debeat illud moderatiōris adhuc Pontificii Andradii, lib. 4. Def. C. T. pag. 247, *Si tota causa è nudâ suspitione pendet, leviora ea sanè sunt, quàm ut Sacris Hebræorum voluminibus, NB antiquitate Illustrissimis, omnium seculorum testimoniis Amplissimis, INSIGNEM TVRPITUDINIS NOTAM, AD IGNOMINIAM SEMPTERNAM, inurere debeamus.* Hoc igitur ut luce meridianâ fiat clarius, ad illa nunc, tum Viri Cl. *argumenta incertitudinis S. Cod. Hebr. quod ab Esra facta sit mutatio à priscò in quam multis...* aliis olim adhibitis *Vocalibus, Literis, &c:* tum Parisiensium Dd. *olim totum Codicem Hebraum fuisse quasi unam continuam vocem, sine ullâ distinctione: item Puncta (ut vocales, & Accentus) non fuisse in Textu Hebræo ante Hieronymum, sed postea demum à Masorethis adjecta; Respondeo, ista omnia, non solùm ut*
levis-

levissimas conjecturas, sed ut apertè falsissima, jam refutata esse, & ut evictissima hactenus perstare, in Vindic. nostris, totâ Part. II, tribus Capitibus, totidem argumentis. *Provent ergo (1) adhuc Viri Clarissimi*, per Esram mutationem Literarum in S. Textu Origin. factam, confirmari satis, vel (α) *jaçtato plerumque à se consensu præcipuorum Dd. veterum aut recent. tum Rabbinorum, tum Christianorum*; nam contrarium potius consensum fusè probavimus in cit. Vindic. tum quod Rab-
bini pro nobis faciant, à pag. 49 usque 61; tum quod Christiani, à pag. 35, usque 49, è quibus honoris causâ nominamus speciatim (à nobis stantes), Celeberrimos Buxtorfios, Viros incomparabiles in his studiis & supra laudem, item Clarissimos duos Oriental. literaturæ Phœnices, Athanas. Kircherum & Hottingerum, (quem in *Gratul. sua*, pag. 59, ipse Vir Clarissimus agnoscit, *Virum meritis in rem omnem sacram profanamque Celeberrimum*), nec inferiores his, ($\alpha\upsilon\tau\omicron\lambda\epsilon\gamma\epsilon\iota$ plerosque in Vindic. nost. allegatos), Usserium Episc. Armachanum, Simeonem de Muis, Bootium, Flavignium, Taylorum, Bibliandrum, Polanum, Junium, Broughthonum, Nouzenum, Schvventerum, Marc. Marinum, Nic. Fullerum, Baronium, Mirandulam, Lichtfootum, Calovium, Dilherrum, Schickardum, Rob. Baillium, Hulsium, Coccejum, &c: Viros omnes cum cura dicendos; quò sanè honestò Auctorum Clarifs. numero, falsissima adversantium criminatio, quod nostra sententia destituta sit probatis Auctoribus, evidentissimè retunditur. *Vel (2) jaçtatis illis documentis, Siclorum, Scripturæ Angelicæ, Dan. 5, vocis 7DD Dan. 1, Signaculi 7 Ezech. 9, Capitalis odii zudeorum erga Samaritanos, & similibus ratiunculis*: nam & hæc singula ac omnia fusè discussimus, in cit. Vind. à pag. 61. ad 78. (II.) *Respondeant Viri Clarissimi ad probationes nostras contrarias*, l. c. à pag. 79.

pag. 79 usque 105, quibus de abundanti etiam in thesi evi-
 cimus, non esse mutatas ab Efrá literas, sed Hebræū nostrū
 Textum adhuc primævo caractere constare, Samaritanum,
 autem esse spurium, inter alia evidenti plurimorum Locorum
 Script. documentò, quod Samariticus Codex sit potius tran-
 sumptus è nostro Hebræo, ectypus archetypi Hebræi insuper
 passim vitiosus, à quò igitur in Hebræi Characteris *vocetav* ni-
 hil omninò concludi possit. *Provent (III) pariter adhuc Adver-*
sarii, sententiam suam, de aliis olim adhibitis vocalibus, vel ut vo-
lunt Dd. Parisiens. in cit. Journal, quod demùm post Hieron. tem-
pora, à Masorethis vocales sint adscriptæ Textui S. itidem satis con-
firmari, vel (α) communi probatiorum Autorum consensu, quem
venditant, cùm contrarium potius consensum probaverimus
in Vindic. nost. quod tam Vocales quàm Accentus in Textu S.
divinæ prorsus ac θεογενούς originis, adeoque Hieronymò
multis seculis antiquiores, statuuntur, tum à Rabbinis omni-
um ætatum, l. c. p. 172. (exceptò unò & solò è neotericis R. Eliâ
Lev. què pro 606 valere, & omnibus reliquis præferèdū, iniqui
valdè, sed & cauti satis, contendunt Adversarii; siquidè nullū
præterea à Rabb. pro se allegare queūt, ut ostèdi, l. c. p. 169 & 113);
tum à Christianis, (pag. 109), iisdem Viris Clarissimis, quos su-
prà citavimus, & præter eos adhuc, Cevalerio, Crinesio, Fla-
cio, Glassio, Joh. Tarnovio, Fabricio, Jac. Martini, Gerhardo,
Hafenreffero, Alstedio, Voetio, VValthero, Helvico, &c: adeò
ut ipse Capellus fateri cogatur, in Arc. Punct. pag. 5, novitiam
nuperque natam, (reipsà antiquissimam, ut mox videbim9), sen-
tentiam de antiquitate punctorum, tacitò OMNIUM FERE CON-
SENSU esse receptam & obtinere, tantà NB cum autoritate, ut con-
tra vix hiscere audeat: quod igitur notandum contra Dd. Pa-
*risiensium *ωεὶ* *Φασι*, que le Buxtorf en cela est contradict, par la plus*
part

part des Scavans, p. 58. Vel (β) *Rationibus istis*, (quæ communiter, quædam etiam à Dd. Paris. sup. afferuntur), scil. tum *discrepantia Versionum*, LXX, Chaldaica, & Hieronymiana, à nostro *cod. Hebræo*; tum *irregulari, quasi monstruosa, & superstitiosa punctatione Cod. Heb.*, tum *nominibus novis punctorum*, tum *primæ à Scripturâ Samaritanâ*, tum *Exemplaribus in Synag. Jud.*, tum *denique communi aliarum Ling. Orient. naturâ*; nam & ista singula, singulis responsionibus, & plerumque propriis Adversariorum contradictionibus, aut confessionibus, evidenter refellimus, in Vind. nost. à pag 114, usque 141. Quod autem præcipuum adhuc Dd. Parisienses urgent argumēt. *vetustos Manuscr. Coarces Hebr.* (ut & alia omnia Orient. scripta), non esse interpunctos, sed continuo syllabarum & vocum nexu coherere; ad id resp. ex illâ vulgari Orientalium scriptione, nihilò plus contra alios quoque olim punctatos & interstinctos Codices authenticos, (licet non æquè frequentes), concludi posse, quàm vel è Samaritanis olim vulgatis Manuscriptis Codicibus, contra hodiernum Heb. (ceu probavimus in Vind. à pag. 53. usque 60), vel ex hodiernò eodem adhuc Orient. communi scribendi modò, contra extantes per tot jam secula Codices punctatos & interstinctos: nam longè antiquiora nunc omnibus ubicunq; manuscriptis, Testimonia Masoræ & Talmudis, aliorumq; Judaicorū Script. vetustissimorum, planè ἀνασπίντως comprobant, puncta Vocalium & Accentuum, etiam ante ipsam Masoram & Talmudē jam extitisse, ceu patet in Vind. nost. à p. 162. usque 173, passim etiam adductis propriis Adversariorum confessionibus. Tum verò quàm absurdè illa hypothesis, incertissimum Script. sensum literalem, minimèque perfectum aut perspicuum Verbum Dei, (contra manifesta Script. testimonia,) nobis inferat, probet saltem breve hoc experi-
men-

mentum, Psalmi I, quasi unius continui tenoris Syllabarum,
& hinc seq. m. facîle interpretandi, אֲשֶׁר יָהּ אִישׁ אִשֶּׁר לְאֵה לָךְ
בְּעֵץ הָרֵשׁ עֵינַי וְכִדְרֵךְ חַטָּא יִלְפָא עֲפֹדוֹ בְּכוֹשֵׁב לְצִיִּים לְאִישׁ בְּנֵי

Canam Deum hominem, qui passus est pro te in ligno, pauper factus in fortitudine, & super generatione tua expiavit, consecravit columnam suam in cathedram, pro navibus, viro fletus, & c. pro Beatus Vir, qui non ambulat, & c. syllabis modò aliter conjunctis ac divisis, & punctatione, ceu humanò inventò (ut vult adversa pars), liberè mutatâ; quomodo porrò per universam Script. S. ex illis Adversariorum hypothesibus liberè fieri posse consequitur, quas igitur an tueri salvâ conscientiâ adhuc possint, ipsos addicam iudices. Respondeant denique (VI) ad tria argumenta firmissima, pro rectiori sententia divina & θεοπνευστος originis punctorum Vocal. & Accentuum; tum (α) Grammaticum, quò probatur, ad constituendâ necessariò in S. Scr. Heb. formâ certæ significationis, puncta (ceu Hebræi loquuntur) instar animæ se habere, literas tantû instar corporis, in Vind. à p. 114 usque 150; item quod Accetus necessariò in Textu S. designent distinctiones & conjunctiones vocum & sententiarû, ibid. à pag. 150 usque 154: tum (β) ad Historicum, (siquidem in quaestione facti, præcipuè Testimonium Historiæ, & quidem ex Autoribus propriæ gentis, omnibus aliis rationibus præferendum est, ut pluribus demonstravi, l. c. à pag. 155, usque 157), desumptum partim è priscis Masoræ Autoribus, partim è Talmudicis, aliisque antiquissimis Doctoribus Judæorû, unanimiter testantibus, quod multis ante se seculis, (adeoque ante Nat. Christ.) in Textu S. jam extiterint puncta, l. c. à pag. 158, usque 173. Id quod pluribus quoque vindicavimus ab Advers. Objectionibus & instantiis, (etiâ silentio punctorum in Pp. scriptis),

à pag. 173, usque 181. Tum (β) *ad Theologicum*, desumptum à necessitate, certi, perspicui, & infallibilis Script. sensus, quem verò funditus subruui, & quorumvis hæreticorum furori ac ludibrio exponi per Advers. hypothesen, demonstravi, l. c. à p. 182. usque 192; pariter id vindicando à futilibus exceptionibus, & vanè confictis adminiculis certi nihilominus & perspicui sensus Scr. sed quæ propriis Advers. confessionibus & contradictionibus perpetuis, ultrò concidunt, à pag. 192 usque 217. Illa ergò omnia cum subjunctâ ibid. Conclusionem Imæ partis Vind. qui seriò perpenderit, si ullò tangitur Sacrosancti Verbi divini amore aut Zelò, non poterit nisi summâ cum indignatione mirari, quâ fronte ac conscientia, Adversarii nostri Bibliomastiges, insuper habitò istò *probandi & respondendi* munere, quod incumbere sibi omninò vident, nihilominus adeò temerè audeant sibi adhuc plaudere clarissimis epiniciis, quasi re jam evictissimâ, cum tamen brutis tantùm fulminent conclusionibus, præmissarum nullâ firmiter probatâ: aut si id verò injuriâ sibi à nobis impingi dicent, vel hoc saltem quamprimùm probari ab ipsis velim; verùm quod iterum iterumque caveo, non brutò conclusionem coccysmò, non Manlianis imperiis, aut Areopagitarum more, sed rationibus & rerum momentis. Secus si fecerint, iterum coram orbe Erudito profiteor, hos authenticis Characteris divini tam Accentuum quàm Vocalium & Literarum primævarum, temerarios destructores, *ἀσολοκατακρίτες* esse in conscientia, ipsique Veritati bellum indixisse, cujus gravissimam aliquando Supremo Numini, Chirographi sui cœlestis Vindici acer **r**imo, reddituri sunt rationem. Quod si interea subductò faciliùs superciliò, quàm ratione, se despiciere hæc, & generosò silentiò concoquere, adhuc posse confidunt; tandem non poterimus non ipsos fateri homines valen-

valentissimis stomachis, sui pariter ac Veritatis Divinæ prodigios; qui nihilominus, quicquid in sinu sibi plaudant liberum suum à nobis dissensum, perpetuò tamen audire cogentur, quod sec. illud Exod. 15, 16, ידמו כאבן *taceant sicut lapis.*

(II) Sequuntur argumenta Viri Cl. & Dd. Paris. *pro incertitudine Cod. Heb. sumpta à corruptione ejus seu deperdità integritate*, ut sup. allegavimus. At hæc quidem per prælentium pagellarum angustias, quicquid respondero, minus fore prævideo; nihilominus ut saltem ἐν κορυφῆσιν ἀρεχοχρηζόμενον, singula strictim attingam; (1) *Ad discrepantiã LXX Vers. à nost. Hebræo, quã non culpã Interp. illorum, sed Exempl. quibus illi usi sunt diverſitate à nost. Heb. ortam esse, Viros doctos & modestos iam monuisse,* ait Vir Cl pag. 15: Resp. (α) quã modestos erga Sacrosf. Textum Originarium, ejusque defensores, se gesserint illi *Viri Docti, Capellus & Vossius, quos seq. pag. 16, ibid. citat Autor, consulat velim Lector, Vind. nost. à pag. 13 usque 26, & stupebit totus, adeò modestum, de tam immodestis Veritatis Hebr. destructoribus, judicium; nisi quod ὁμοφρονῶντων sit, mutuò φιλοφρονῆσαι.* (β) Ancipitem valdè ac medium se gerit Vir Cl. libratò utrimque sermone, nunc ut *grande ὁμάδοξον* illorum Dd. arguens, pag. 16, quod omnes illà ætate *Codices Heb. ab hodiernis dissonaverint*, velut subventurus ἐγκλήματι injecto; nunc *variãsse tamen jam tempore Philadelphi, in nonnullis, Codices sacros, asserens, ibid: quasi verò, priori illò ultrò nobis concessò, posterius hoc quicquam ad rem faciat, aut non mera potiùs petitio principii sit; neque enim ullã ratione aliã id confirmare potuit Vir Cl. quã quæ Capello etiam passim solennis est, nãm. quod omninò videatur, id extra dubitationem esse, pag. 16: imò verò prorsus dubiè, vel falsò potiùs, inferri Hebrææ lectionis varietatem, ex illa LXX Vers. discrepantiã, (scil. Solis motum erroneum ex horologiò), invictè consequitur ex iis, quæ ipse ibid. Vir Cl. subjungit,*

jungit, quod ad Judaicos Codices, tanquam NB ad Sanctam Nor-
 mam & ἀποδεχὰ ἀ τοῖς Ἰουδαίοις & Christianis habita Exemplaria, Ver-
 sionem LXX exegerint & emendarint vetustissimi Pp: approbante to-
 tā Ecclesiā, pag. 17; quomodo ergo vel tunc vel hodiè, LXX Ver-
 sionis discrepantia poterit unquā arguere varietatē lectionis
 Heb. dum ad hanc illa semper corrigenda æstimatur? Et tamen
 contrā, pag. 18, Sanctam dicit integritatē Exemplorū à LXX usur-
 patorum, de qua FORSAN Christianorū nemo dubitarit, imò quā FOR-
 SAN Christianorum nemo vidit. Hoc reverā est, si quodquam
 aliud, fluctuanti animò, inducere, educere, simulare, dissimu-
 lare, ostendere procul, continuo iterum celare; verbo, altum,
 premere corde dolorem confitendi erroris, Et quid enim (γ)
 illa hodiè omnium Versionum corruptissima LXX, quam pri-
 dem Doctissimi Philologi evidenter demonstrarunt, ita perver-
 sam, ut sepius nescias, quid aut unde vererint; nec nisi summò cum
 pudore tribui illis LXX Senioribus posse, (imò ipsis adversariis no-
 stris talem eam agnosci, ostend. in Vind. pag. 118, seqq.), quid, in-
 quam, certitudinis, de istis Codicibus quibus LXX usi sint, te-
 stari queat, contra hodiernum Hebræum? Nonne totum hoc
 delirio affine est, adeò μὴ ἐυκολίας δέχεσθαι τὴν ἀποπῆαν, ut tam
 levi suspitione, Hebrææ Veritatis sancta integritas damnetur, è
 discrepantia antiquæ Versionis. Quicquid enim non Versio-
 nis, sed Exemplarium, quibus illi usi sint, tenor prætendatur;
 cum tamen de eò ipso, non nisi è Versione præsumi possit, non-
 ne eadem utrobique futilitas suspicandi apparet? An ergo ve-
 tusti Codices Hebræi, quibus LXX usi sunt, eos exhibere sensus
 pravos, qui in LXX passim prostant? v. gr. Zach. 12, 10, Intue-
 buntur in me, ἀνθ' ὧν καὶ ὤρευσαν, propter quos saltarunt, pro,
 quem illi transfixerunt, (ut etiam alleg. Job. 15, 37), per ἀβλεψίας
 leg. ἵππ saltarunt, pro ἵππ transfixerunt? Sic Jes. 25, 8, pro
 ab?

absorpsit mortem in Victoriam, (ceu allegatur, 1. Cor. 15, 54), LXX
vertunt, κατέπιεν ὃ θάνατον ἰσχύων absorpsit mors prevalens, sensu
contrariò ac impiò: & talia longè plurima insulsa & absona, in
70 Vers. conferri possunt in Vind. nost. à p. 143 ad 147. Et tamè
Vossius ille modestus liquidò affirmare audet, minora esse vulne-
ra, quibus LXX Versio laborat, quàm illa in Hebraicis Exemplaribus,
quæ NB pro incorruptis nobis obrudunt Rabbini, in Diss. de Chr. S.
pag. 16; scil. omnibus illis τὰν LXX vulnevis, facilè unò
hòc curatis emplastrò, quod Vossius NB nullus dubitet, quin
IBI OLIM ALITER habuerint LXX, p 153, Spectatū admisissimè, ni-
mis enim miserum est, illos Utopicos LXX, toties aliter habentes,
adeò invisibiles esse: licet tamen Bellarminus eos ad ra-
vim usque nobis inculcet, in Comm; in Psalmos, passim; &
conf. Vind. nost. pag 372, seq. Imò præ iis, Fontem ipsum (Cod.
Hebr.) limosum, & Rabbinarum venenò ac perfidè infectum, idem
modestus Vossius censet, in Append Hag. contra Coecej. Unde
denique Capellus non minùs modestus concludit, quia de finiri cer-
tò non possit, uter Codex (Hebr. an LXX) integritatis prerogativa
babeat, igitur in quòcunque Cod. sensus verior, aptior, & commodior
NOBIS VIDEATUR, eum esse praeferendum, --- imò cuique hic de-
bere esse liberum iudicium, prout ex sensu vel aliunde conijcere possit,
lib. i. Crit. pag. 50, 51; quod conijcere sensum è sensu, tamdiu ex
sensu pectoris habebitur, quoad conjectura erit quod conijci-
tur, at lectio quod legitur: unde verò æstimari tandem Ad-
versariorum nostrorum hypotheses velim.

(2) Alterum ergò movet Vir Cl. Achilleum, ceu videtur,
argumentū incertitudinis, & corruptionis S. Textus Hebr. utpote
non particularium Codicum varietates, (quæ unius Codicis
ex alio facilè corrigi queunt, nec veniunt hic in controversi.)
attinēs, sed omnes omninò Codices sacros, quotquot uspiā re-
peri-

periuntur, scil. illa 848 loca *Kri* & *Ct'ibibb* Masorethicum habentia, quæ p. 18. *Ep. Gratul.* Vir Cl. objicit; indeque Dd. Paril. p. 59 in cit. *Journal*, non potuisse ajunt *Judeos Masora sua cavere corrupt.* *Textus, cum nihilominus sit corruptus.* Ad hoc igitur ut brevissimè nunc saltem, quod alibi prolixius, respondeamus; probandum adhuc omninò incumbit adversariis, quod illæ à Malorethis in margine notatæ, lectiones à scriptione textuali diversæ, *Kri* dictæ, indicia sphalmatum textualium sint, seu *to Ct'ibibb* mendosum arguant; ut adeò *Correctio Masoretharum*, ceu vulgò fit, audire debeant: quam falsissimam prorsus esse plurimorū Philologorū hypothesin, prolixè demonstravi, in *Disquisitionibus Hebræo-Philolog.* VVitteb. An. 1653. publicatis: idque denuò nunc (susceptâ de abundantia negativam probandi provinciâ), vel inde demonstro, quia eadem etiam illæ Notæ *Kri* ad textuale *Ct'ibibb*, in illis pariter libris Sacris reperiuntur, quorum Autores ipsi, Synagogæ Magnæ Masoretharum sub Efrâ, interfuère, scil. præter Efram, Nehemias, Haggæus, Zacharias, aliique Viri Prophetici אנשי כנסת הגדולה *Congregationis Magnæ*; quos solos veros illius Masoræ Autores (non alios posteriores ab Eliâ Lev. & hujus discipulis Capello, VValtono, præter omnem historię fidem confictos, cum ipsis Talmudicis jam dicantur ראשונים *prisci*), fuisse, istisque notis suis minimè diversorum Codicum varias seu dubias lectiones, (ut suspicantur adversarii), consignasse, sed reverà potius ejusdem singuli Codicis probatissimi irregularem scrip-tionem iis in locis, explicuisse, per aliam regulariorem lectionem, usu continuò receptam, & oraliter ad ipsos propagatâ, tunc verò (cessaturâ Prophetarum missione), margini adscriptâ, eòque sine monuisse, ut contra temerarias sciolorū manus, illibata sic conservarentur omnia, uti in Authenticis fuerant

rant reperta, prout expressis subinde verbis ipsi in Masora testantur; fusè omnia probavi, tum autoritatibus, tam Christianorum, tam Rabbinorum, tum argumentis rerum, *in cit. nost. Disq. Philol.* quibus conferre licet Vindic. à p. 158, usque 168. Quod ultrò etiam inde patescit porro, quia aliàs absurdissimè sequeretur, si illæ notæ Masoretharū pro indiciis Sphalmarum habendæ essent, quod ipsi illi Viri Prophetici nescivissent, quid in propriis suis libris, (in quibus talia pariter extant), rectè aut minus scripsissent; item sequeretur æquè absurdè, Prophetiæ Danielis & Libelli Esther, paulò ante illa tēpora demùm scriptorum, (in quibus illa pariter reperiuntur), tum etiam reliquorū scriptorum θεοῶν νεύτων, nullum incorruptum exemplar asservatum fuisse, usque ad illam ultimam obsignationem æterni Scripturarum Canonis; quam adeò supinam negligentiam Scripturæ authenticæ, nemo sanus, Viris illis Propheticis & θεοῶν νεύτων impinget; quod & ipse VValtonus agnoscit, in Proleg. ad Bibl. Polygl. p. 51. Cùm igitur in Authenticis exēplaribus non potuerint extare dubiæ seu variæ lectiones, (nā errores in authenticis statuerè, est errores authenticos facere, quod ἄλογον): utiq; adeò delirū istorū Virorum nemo finget studium, quasi vitiosa apographa cum probatis authenticis eò fine contulerint, ut illorum menda notis suis custodirent, & seræ posteritatis memoriæ commendata vellent; quas nugas tamen amplecti coguntur omnes illi aliàs Doctissimi Philologi, qui Authenticis ἀναμαρτητοῖς, errores tribuere salvâ pietate nequeunt, & tamen notas Masoreth. (saltem quasdam), pro Sphalmarum indiciis habent; quomodo Masoram facere medium propagandarum errorum, (sive omnium sive quorundam), meritò Cl. Buxtorfius dicit absurdo-
rum esse absurdissimum, in Antic. pag. 470. Idque ampliùs arguunt frigidissima contrariæ sententiæ κρησφύγετα, νιφάδεσσιν εἰκοστῆ χειμερίῃσιν; nunc quod Masorethæ, magnâ erga Codices suos re-

ligione ducti, nihil in iis mutare ausi sint; contra alii, illos insignes in eo hypocrisis egisse; nunc paucula tantum esse illa $\sigma\phi\alpha\lambda\mu\alpha\tau\alpha$, scil. modò 484, additâ igitur comparatione, quod præ manipulo illò in Hebræo, Vulgata habeat vel plaustravitiorum; (& sic Hebrææ integritati satis egregiè prospectum est): nunc, saltem quasdam notas Masoreticas vocum in Textu mendosarum correctionem tradere; (quasi non perinde sit, in magnò mari an augustò rivò, quis merfus intereat, & sic paucis an multis erroribus semel pereat $\alpha\nu\alpha\mu\alpha\rho\tau\eta\sigma\iota\alpha$): huic affine est, (saltè voluntariam non esse corruptionè, licet NB. longi ævi vitio, (in Ep. Grat. p. 15), victa sit Scriptura S. Item leviora ea tantum & parum momentosa esse; (sed huic quoque supra jam occurrimus): imò blasphemè aliquando, clariorem providentiæ divinæ curam apparere, si quadam corrupta, quàm si planè integra servasset: (de quibz omnibz in Disquis. cit.). A quibus tandem præsidiiis omnibus ubi se dejectos ultrò vident, ad ultimum, sacram velut anchoram arripiunt strenuam conclusionum negationem, (præmissis licet firmissimè concessis); nihil hinc lucrari Muhammedanos, nihil Pontificios; integerrimum nihilominus esse Textum Sacrum; ab omni mendo universali immunes ad nos transisse Libros sacros; scil. si non in Textu, saltem in Masorâ; adeoque post correctionem Masoretbarum, Textum S. esse integerrimum: quasi verò testimonium manentium in Textu sphalmatum, sit negatio eorundè; insuper malè suppositis iis, quæ superiùs ut absurda refellimus. Tum verò quæ $\epsilon\gamma\chi\epsilon\sigma\iota\alpha$ illa quadam corrupta & correctâ, à reliquis non corruptis & infalIBILIBUS certò nobis discernent? aut quomodo $\alpha\nu\alpha\mu\alpha\rho\tau\eta\sigma\iota\alpha$, in $\epsilon\mu\alpha\rho\tau\eta\lambda\iota\kappa\omega\iota\varsigma$, tutò defendetur? Hoc omninò ostendendum sufficienter erat; siquidem illa non particularium Cod. sed universalium omnium menda forent. Rectiùs ergò Cl. Buxtorf in Anticr. perniciosum valdè existimandū esse, ait, periculosa in Theol.

pone-

ponere vel concedere principia, & conclusiones negare velle: siquidem hoc pacto non nisi ludibrio hæreticorum exponuntur Scripturæ, quoties ex his redargui debent, (ceum notum est illud Irenæi); non abnuente hoc Muisii in Ass. Heb. Ver. p. p. 168, quid ergo restat, quàm ut æternum valere jubeamus S. Scripturas, si nullum earum exemplar verum est? Nã quod rectè August. alicubi, Titubante Scripturarũ autoritate & certitudine, titubat simul fides. Jã si qua adhuc evidens necessitas, illã concessionem sphalmatum à nobis exquireret, forsan extremis ejusmodi remediis, qui sperare nihil posset, desperaret nihil. Jam verò non nisi larvæ suspicionum excitantur ab Adversariis contra veriorẽ & tutiorẽ nostram sententiam. Nempe injecta quædam sunt à Capello in Crit. S. quasi ἀποργα, quæ tamen omnia prorsus ἀποργα pridem ostendit Cl. Buxtorfius in Anticriticis: & nos nonnulla in Grammaticis, præsertim Reg. 31. Tum quomodo spuria quædam additamenta Rabbiorum, facillimè à γινώσκω Masorethiis, discerni queant, prolixè & accuratè docet Cl. Buxtorfius in Anticr. pag. 821, usque 837, & 501 seqq: Fingunt porrò Adversarii, quasi contrarii alicubi lensus τὸ Κρι & Cthibb obtingant, v. gr. 87 & 17 &c: qui DEUM faciant qu. μερόσω ηγὼ οὐλοσω spectantem: verum & hic nodus quomodo benè solvatur potius, quàm periculosò ictu, cum destructione certitudinis Scr. incidendus sit, inter alia ostendi in Vindiciis à pag. 227 usque 232, sc. aut subordinãdo semper in talibus Κρι & Cthibb, aut per loca parall. sic conciliãdo, quomodo aliàs innumera in Scripturis ἐναυθιο Φανῆ, ob id reverà non pugnare deprehenduntur: id quod de omnibus illis Notis Masorethiis, in genere & in specie, certis rationibus, & autoritatibus tam Christ. Dd quàm Judai-corũ, adductis, fusè demonstravi in cit. Disquisit. Heb. Phil. à §. 25 usq; 33. Sic de כתר pro כב P. 22, 17. v. Disp. meã Inaug. contra Diss. in h. l. cuiusdã Viri Cl. Si enim pro vitiis statim habendæ sunt

anomaliz rariores, quanta non pars Scripturæ erit vitiosa? sanè magis quàm ullius Scriptoris profani. Ut non dicam, quædam ordinariè tam irregulariter exstare, v. gr. *וְיִשְׁלַח* pro *וְיִשְׁלִיחַ* semper, exc. modo & locis; *וְיִשְׁלַח* pro *וְיִשְׁלִיחַ* semper in Pentateucho, exc. modò in locis: qualia non posse esse per errorem, Vid. Cl. Pocock ad Port. Mos. p. 65. Tum verò si vel maxime in tantis Oraculorū divinorū mysteriis, *וְיִשְׁלַח* *וְיִשְׁלִיחַ* *וְיִשְׁלַח* *וְיִשְׁלִיחַ* valdè profunda non semper quis inueniat, Eccles. 7, 5, potius illa, ut nostræ imperfectionis, quàm Scripturarum incertitudinis, argumenta, aliis ingeniis, & aliorum temporum donis Dei, relinquenda esse, præclarè docet Cl. Buxtorfig in Anticrit. passim. Quò spectat illud Augustini, *Quis ferat Lectorem vel auditorem, facilius Scripturam tanta auctoritatis, quàm propria tarditatis vitium culpæ audentem?* Denique ficta monstra, de concessâ per nostram sententiam librariis quoque ἀναμαρτυρία, denuò excitat Capellus: verùm & hæc somnia ad Autorem suum remisit Cl. Buxt. in Anticrit. cùm particularia Codicum sphalmata hic non controvertantur. Quæ omnia, plurimis ipsorum Adversariorum confessionibus, & contradictionibus perpetuis, tum & Pontificiorum saniorum, (quorum aliqui, sententiam de corruptione Textus, inter *hereses* referunt), apertis suffragiis nostræ sententiæ, confirmare ulterius liceret, nisi præsentis instituti modum excedere vereremur. Concludimus igitur, illò quoque argumentò Viri Clarissimi & Dd. Parisiensium, nihil omninò pro ipsorum sententiâ evictum.

(3) *Tertium quod urget argumentū Vir Cl. varias lectiones Ben Ascher & Ben Naphtali, & hinc Orientalium & Occidentalium Judæorum, pag. 19, illas ad eò non depravationis s. Bibl. Hebr. ut potius integritatis & sinceritatis eorum, fortissima argumenta, rectè ostendit Cl. Buxtorfius in Anticr. à pag. 512, usque 514: quò igitur brevit. studiò remissum volumus Lectorem, cùm nihil in*
his, sit

his sit difficultatis. *Quartum* denique Viri Clarissimi argumen-
 tum incertitudinis Cod. Hebr. quod $\mu\eta\nu\nu\omicron\nu\iota\alpha\ \acute{\alpha}\mu\alpha\rho\tau\eta\mu\alpha\tau\alpha$ non aliena
 ab ipsis Scriptoribus Divinis sint estimanda, pag. 33, vix sanè ab im-
 pietatis illà notà absolvi poterit, quā Cl. Buxtorf. in Capello ar-
 guit, ex impuris Socini lacunis eū hausisse, dum hic Crit. l. 6, c. 7. pa-
 riter sic lapsus aliquos vel calami, vel memoria, tribuit ipsis Scripto-
 ribus Sacris $\theta\epsilon\omicron\tau\ \nu\epsilon\upsilon\tau\omicron\iota\varsigma$, quatenus INFIRMI HOMINES fuere; cum
 tamen hi non quā infirmi homines, sed quā $\Phi\epsilon\rho\acute{\sigma}\mu\epsilon\nu\omicron\iota\ \kappa\alpha\theta\ \text{Αγί}\alpha\ \text{Πνεύμα}\text{]}$, teste Petro, 2 Ep. 1. scripserint: id quod ipse Capel-
 lus, expressè adhaeret in Def. Crit. p. 612, his verbis; Non res
 duntaxat, sed & verba ac phrasae, arcanò Spiritus Dei motu & afflatu,
 Sacris Scriptoribus dictata seu inspirata sunt; IN SANIAM, si a-
 liter sentiam: & tamen, (quam igitur verissimè insaniam di-
 xeris), pag. 167, 168, Crit. S. ait, nihil necesse esse, asserere, Spi-
 ritum S. à Script. S. quamlibet infirmitatem & defectum, etiam quoad
 lapsus in Orthographia & Syntaxeos ratione, prohibuisse; quidni enim
 in ipsà vocum formatione & scriptione, NB labi, impingere, errare, &
 falli, ex humanà infirmitate, ignorantia, imperitià, vel incogitantia,
 dum inter scribendum minùs attenti fuerunt, potuerint? Et quidem
 NB nihil hoc derogare divinae veritatis auctoritati & dignitati; imò
 non nisi per insignem calumniam id sibi tribui debere, ait in Defe-
 sione Crit. pag. 562, quod in dubium vocet auctoritatem Codicis
 Heb. & iterum, se ubique pro virili, hodierni Textus Hebraei, aucto-
 ritatè & lectionem tueri. Atque talis tergiversatio ac praefra-
 cta conclusionum negatio, pariter Adversariis nostris quasi
 $\epsilon\iota\varsigma\ \acute{\epsilon}\xi\omega\ \mu\epsilon\tau\epsilon\theta\eta$, contradicendo semper sibi ipsis, ut possint alii;
 & subinde asserendo, quod mox, [dum $\acute{\omicron}\iota\ \Phi\acute{\omega}\rho\epsilon\varsigma\ \tau\eta\nu\ \theta\omega\eta\nu$], a-
 pertè rursus damnant: quod cum pariter ex eodem Viri Cl.
 asserto heterodoxò expectandum videatur, ulterius non ur-
 gendum puto. Restaret nunc ultimum Viri Cl. contra neces-
 sarià Originarii Sermonis peritià in Presbyteris Ecclesiæ, argu-

mentum comparativum, scil. *alia magis necessaria esse studia*,
præ Hebrais utilibus, pag. 49. quod sanè prolixius responsum
 merebatur, tum quod prisca illud barbarici jugum denuò attra
 hat Ecclesiæ, ubi itidè necessarius Aristoteles, præ utili tantum
 Originariâ Scripturâ, scil. Ægyptiaca allia & cepæ, præ cœlesti
 Mannâ, inficeto seculo obtrudebantur; ut omninò credam, si
 B. noster Lutherus nunc revicturus, easdem novæ barbarici
 voces iterum inaudiret, apertæ hæreseos nomine eas non mi
 nùs quàm olim esset damnaturus: tum quod non ita magnò
 ingenii aut temporis impendiò id studium constet, ut Vir Cla
 rissimò ei invidiam conflare videtur, l. cit. cùm vel propriis
 complurium Collegiorum privatorum experimentis, id pro
 bare possim, non multò amplius, (ut hæc *μειώσει* utar), ad ejus
 Linguae tyrocinium requiri temporis spacium, *כַּמְּשֵׁל מִדְּמַר
 קִימָה* (Hebr. diverbiò) est à mari *aa* frigidum piscem;
 præ quibus tam sancti studii pauculis horis, vel decies, imò vi
 cies, ampliora, licet viliora vitæ Academicæ vel *παιδεία* vel
 oblectamenta, passim otiosos Juvenum occupant animos,
 quos tutos satis, de non requirendâ à Presbyteris (aut Candida
 tis) Originarii Sermonis Divini peritiâ, magna istorum Præ
 ceptorum suorum præstat autoritas; quorum & voces ergò
 accuratè jam succinere hi didicerunt, *alia sibi agenda esse magis
 necessaria, quàm ut Hebraicis vacent*, quæ ipsorum verba hic &
 Magistris & Discipulis istis reddo, *ως ἐντροπὴν αὐτοῖς λέγων*, ad
puorem hoc ipsis dicens, 1. Cor. 15, 34. Verùm calentem jam justò
 horum elenchò calamum, ex insperato oblatas de officinis
Tractatus quidam de Accentibus Hebraeorum, super. Mense editus
 à Cl. quòdam Mag. facilè inde avertit, in hunc quoque eadem
 operâ ad partes vocandum, eò quod de meâ Instit. Method. Ac
 centuum non solùm, sed & Grammat. Hebræâ, quin & Arabicâ
 in Belgio Anno 54. publicatâ, liberius sentire sibi permisisset;
 tum

tum in citatâ Doctrinâ Accent. tum in Quæst. suis Philol. Et
 initio quidem mirabar non parum, qui adeo è nostratibus
 primus quis, in Hebraismum meum, prurientem calamus
 stringere aggressus esset, cum contra ab Exteris aliquot Viris
 longè Celeberim, [è quibus in Heb. Musarum honorem, non
 sine honoris præfatione nominare licet Cl. Coccejum & Cl.
 Hottingerum], luculenti suffragii calculum, non ita pridem
 tulissem: in cujus rei majorem fidem, & Hebraismi mei tute-
 lam, Summi hujus Orient. Musarum Antistitis [Cl. Hottingeri]
 illustre de eo judicium, huc nuper Tigurò præscriptum, hoc loco
 licuisset inserere, nisi in publicandis talibus, *αειανολογίας* quan-
 dam modestia merito defugeret. Jamq; igitur vindicare à mi-
 nus æquâ illâ censurâ cœperam, Hebraismi mei tum Titu-
 lum, quem *facilitati & integritati Restitutum*, inscripsi, [nec adeo
 præter rem fortè, ceu præfatio Grammat: meæ, sat evidenter
 docere poterit]; is autem Cl. M. subinde epicrisi suâ, *sic dictum*,
 vel *quæ vocat*, alicubi etiam *arrogandi* voculâ notarat: tum argu-
 menti tenorem, siquidem ei *preferendam* tamen, *dexteritate me-
 thodi, & perfectione Artis, Trostianâ Grammat. ex editione Cl. Sen-
 nerti* (Magni etiam Orient. Liter. Promotoris), velut *ἐν Περὶ
 κριτικῶν Φιλολογίας* hic Censor pronunciârat, & sic aliis commenda-
 tum publicè iverat, in cit: Quæst: Philol. cum tamen, [quod
 hætenus non laceffitus, in Nominum quorundam honorem,
 non ita *Δεξιότητι* profari volueram, in Præfat. meæ Gramm:
 Heb. inter alias minimè temeraris censuras, ceu ibid. patebit
 æquo rerum arbitro), eadem Gramm: Trostiana, verè *Uni-
 versalis* inscripta, (quod *specialium* nimis parca promo-
 conda sit, ceu apertissimè constabit conferenti modo totum
 Cap. VI. meæ Gramm: cum istis Trostianis), iisdem quibus
 reliquæ in Præfat. à me notatæ Grammaticæ Clariss. aliâs Auto-
 rum, tam *αμεθοδείας*, quàm in perfectionis, elenchis plurimis sit
 obno.

obnoxia, quod conferens saltem totam eam cum tota nostra rem ipsam loqui, omninò fatebitur, nisi oculis ipsis fidem de- roget. Idemque de prælatò, (in cit: Quæst: Philol.) Arabi- cæ meæ Grammaticæ, Erpenianò & Sennertianò Arabismo, publicè nunc testatum volo, tamdiu injuriam meo Arabismo factam à Censore nostro visum iri, quoad illa, quæ speciatim contra Erpeniana, & sic Sennertiana passim deficientia), in Parænesi ad meum Arabismum adduxi, (præsertim quod ipsis 10 tantum meæ Gramm: Arab. quaternionibus, non solum tan- tundem, sed & plura contineantur, insuperque rectiori metho- dò, quàm in integro Erpenianæ Gramm: alphabetho), non po- tuerint solidis rationum momentis falsa redargui: prout ne ipse quidem Celeberrimus Golius, cujus censuræ olim mea ista submiseram, in editione suâ posteriori Erpenianæ Gram- maticæ, vel verbo ea impugnanda habuit. Et quidem de his priùs expediendis, Censor noster sollicitus meritò esse debue- rat, antequam pro Judice hic nobis sedisset: verùm facilè as- sequor, & sec. Araees, العلبى طور التجليي *Cor meum est mons*

apparationis, quid ad istos *πρωτοσους* aliorum præ nostris, per- moverit Cl. Mag. scil. quod alios potiùs quàm nos haberet *Magnos studiorum suorum Patronos*, (quæstione 9.) cujus gratiâ etiam spurium illud Mappik in ' defendi oportuit, (quæstione 17), licet satis apertè falsum, cū impossibile sit, literã quæ voca- lem accepit, adhuc posse educi è statu quietis, in quo non est; at lit. 7 in fine semper quiescens, illò *Mappik eductore* egebat, quò acceptò demùm sortitur (:) subintellectũ. & hinc post vocalẽ longã præter -, demum *Pathach gnubba*, quò minimè ante ap- positum Mappik movebatur, cū nondum haberet. Qualia Virum Doctissimum latere non poterant; verùm ut appareret, etiam in Philol. nunc plus valebit favor in Judice, quam Lex in Co-

in Codice. Quâ enim aliâ accipiatur mente, quod, quam negare apertè veritas non sinebat, saltem dubiâ aliis suô præjudiciô reddere nitatur, promissam à me Gramm: meæ Arabicæ facilitatem addens, (*quest. 9*), *sua opinione ita facilem, ut menstruô spaciô res confici possit; cujus an praxis equè facilis sit ac idea, discant alii experimentô suô.* Imò didicerunt jam sæpius alii, felici experimentô, testes inde ἀνοπόκριστοι, Grammaticum hunc (tàm Heb. quàm Arab.) ex scitô Arabicum, لا تاتى الا بالرس ولا ارس لا, *nec sterilem esse promissi, nec prestando infæcundum: quicquid doleant oculi quibusdam εὐτυχημισῶσιν, ὃν θεός Φιλῆ.* Sed præcipuè institutionem meam Accentuatoriam, contra ἐγκλήματᾶ quædam Cl. M. asserere parabam, tùm quod ipsius *Titulus Doctrina Accent. eã* *QVATENUSHODIE PATET*, quôdâ præjudiciô promittere videretur, siquidem & latius & clariùs eam hodiè patere, Institut. mea Accent. oculari poterat esse documento; tùm quod hujus meæ Institutionis Acc. Regulæ, *mirè fœcunde* perstringi debuerint, scil. præ *mirè sterili* istô Compendiô Cl. M. adeò dispendiosô, ut denuò ad parcendum tàm inutili, imò damnosæ, epitomandi operæ, & ipsum & alios similes, non *TOTUM* (quod unicè artis est habitum), sed partem tantùm, *IN EXIGUO* claudere amantes, invitatum velim, iisdem rationibus, quas contra Grammaticos illos compendiatos allegavi in Præfat. Gramm. Heb. p. 2. 3. Quin si omninò Compendii quid adeò placeat, en dedi jam in ipsis illis duabus Tabulis, Prosaicâ & Metricâ, Instit. meæ Acc. insertis, quibus universa utriusque Accentuationis ratio, sub unô conspectu sistitur, (multò sanè evidentiùs & perfectiùs, quàm illis Schematum

tum sceletis istius Compendii): cum illis enim si conferantur saltem principaliora ista, quæ majori semper typò exscribenda ob id curavimus, (quemadmodum & in Grammat. nostrâ, cum Tab. Synopticâ, expressa in eâdem majuscula), jam perfecta utrimque habebuntur compendia, at sine dispendio, dum in minutioribus etiam subinde consulendis, haut frustra futurus est Lector, ut quidem compendiis aliis fit. Et sanè si ullò in studio, hòc ipsò præfertim, planè noxia est illa compendiaria ratio, quâ vel exempla, vel parallela, vel singuliores quæque rationes, omittuntur, & tamen sufficiens falsò jactatur doctrina: hòc pacto siquidem Lector sæpè votò suò frustratus, majoribus semper præjudiciis onerat studium, jam antè nimio gravatum, dum hætenus cum initii sui difficultatibus eî luctandum fuit. Quod igitur cautiùs in posteram considerare illos Epitomatores velim, quorum nunc indies major se ingerit copia, dum sec. illud vetus Hebræorum, *נפל תורה סנין טברוי* *Cadente bove, multi sunt mactatores ejus.* Non quod soli in his *κρυψεύειν* velimus. Absit *ὡς πορρωτάτω*. Quin potius veniant propitiâ Minervâ, quibus hoc Musarum facere libitum, si modò majorem queant asserre, vel perfectionem, vel methodi *ἀξιόβειαν*, (quam semper animam tractationis statuere Philosophi), licebit aliis post me, quicquid mihi post alios, veluti Buxtorfium, Schindlerum, Bohlium, Ledebuhrium, &c. quorum operis præviis, quid per Dei gratiam nostrâ industriâ accesserit, fuisse demonstratum est in Vindic. nost. à pag. 353. usque 361. Idem si fecerint alii, animitùs exosculabor; sin minùs, à tertio lapide occlamabunt mecum Græci, *ἢ σὺν τῷ κρείττορι ἢ σὺν ἑξῆς*. Scilicet dispendiosa saltem deprecor compendia,

dia, & *ue* (quod Cl. M. in Dedic. gratis stipulatus erat) *quid saltem decedat, si nihil accesserit.* Quam in rē nunc penitius in Compendii istius Accentuatorii tenorem inquirere, & pro bono publico istius studii, quæ monenda videbantur, evulgare, federat animus: cum magis etiam inexpectatæ illius Cl. M. offeruntur literæ, quibus post oblata amicitia studia, *ἡ τὴν αἰσθητικὴν* quædam præjudicii de Scriptis meis, ultrò agnoscit, & *ingenue se fateri*, ait; dum illa sua de Accentibus jam *caluerint sub prelo, antequam præconceptionis quibusdam opinionibus gravatus, me---*; Typographi nimiam festinationē non admisisse exactius omnium scrutinium, propediem se igitur *consensum publicè testaturum.* Hæc sanè tam ingenua Viri Cl. confessio, quæ è verissimò illò Philosophi effatò, quod Philosophi sit, *Ἐπι σωτηρίᾳ τῆς ἀληθείας, καὶ οἰκείᾳ ἀναδείξει*, lib. 1. *Eth. c. 4*, verum se Philosophum ostendit, adeò facili animum meum flexit affectu erga Virum Doctissimum, ut, quamvis haut levia, (apud eos qui ipsi non parum tribuunt), primùm edito Hebraismo meo, conflarit præjudicia, nihilominus ipsum nunc, condonatis iis, omni favore ac studio dignissimum amplectamur, ut qui Hebrææ & Orientalis literaturæ non solum egregiè peritum se, verum & ejusdem, (quod majus duco), solertissimum Promotorem, doctissimis Dissertationibus & Cómmentariis, pridem exerece cœpit: præcipuè autè, quod *θεόπνευστον* illum Characterem interpretorum sensuum divinorum in S. Script. Originariâ, Accentus purâ, eò quò merentur habeat locò, & alios sic habere doceat; quod sanè, fascinatò hòc ferè præjudiciis seculò, summè necessarium est, ad eluctandam illinc, aliosque educendum, unde tam pauci assurgere conantur. Nam, quamvis pridem Cl. Bohlius. & post eum Celeberrimus Ro-

Stochiensis Philologus & Theologus, Dn. D. VARENIUS
 Collega quondam, nunc Amicus etiam & Affinis honoratis-
 simus, incomparabile illud è divinâ Accentuatione mi-
 nisterium sensus, æternis doctis. Commentariorum monu-
 mentis, asseruerit: nihilominus surdo orbi hætenus narra-
 tur fabula, nimio jam avertis à sanctiori illo Literarum ge-
 nere, plerorumque Academicorum animis, damnabili pla-
 nè illorum Dd. culpâ, qui necessariò ea pro non necessariis
 habenda putarunt, ne ignorare necessaria viderentur. Id
 quod imprimis & me permovit nuper, ut tria illa palmaria,
 circa hanc rem dubia, scil. primùm de originali authentiâ
 divinâ Accentuum Biblicorum, alterum de eorundem usu
 feu ministerio sensus, in ἐπισημεία Biblicâ, plenè & solidè ex-
 dita darem, in Vindic. Part. I & II, præcipuè hujus Cap. II,
 quò Objectiones omnes & instantiæ secus sentientium,
 solvuntur, & speciatim in solutione Objectionis I, pag. 317, il-
 la contrariarum autoritatum refelluntur præjudicia, Ludo-
 vici de Dieu, Hackspanii, Frantzii, Bootii, Capelli, VValton-
 ni, &c. tum rationibus, tum propriis ipsorum contradic-
 tionibus, & contrariâ ipsorummet Praxi Interpretativâ, l. c. à
 pag. 321. usque 324: quò & illud pertinet Cl. Hackspanii in
 Proleg. ad Part. I. Not. Philol. pag. 3. *Diligenter Philologus at-
 tendere debet, NB genuinam distinctionem, in U. T. ACCEN-
 TUS, maximè regios ---; quibus ritè non observatis, NON PA-
 RUM negotii præbetur Interpreti; item in Miscel. pag. 213, a què
 crimini dandum esse Interpreti, si NB textum mutilet, ac si Ac-
 centuum rationem habeat nullam, quod ibid & seqq. pag. pro-
 bat aliquot exemplis: ut & Part. II Not. Pb. pag. 79, ubi So-
 cinum refutat ex Accentu distinctivo; addens, cum igitur habe-
 amus in Textu distinctionem, quæ audacia est, NB. ex priori membro
 aliquid*

aliquid sumere, & posteriori apponere? (quæ loca non satis inspexisse videntur, qui, ut audio, *hæresin Hackspannianam* hæc in parte, profiteri amant). Licet tamen *Idē p. 168 Partis I*, Bel Jarmino ex Accentu Silluk argumentati, objiciat incertitudinem *Distinctivorum non semper & ubique distinguendum*, adductis quibusdam locis, ad quæ responsum cape, in Vind. nost. pag. 318, 319. Sed & tertium principalius hætenus dubium, de certō & infallibili tenore Accentuationis Biblicæ, an & sibi ipsi, & nobis, satis constare queat, semel sufficienter solutum, & sic certitudo Accentuum invictè prorsus demonstrata est, tum quoad ipsos, tot parallelorum inductionibus, (nullō unquam datō aut dandō contrariō), in Vind. nost. à pag. 327 usque 335; tum quoad nos, totā illā Institut. Method. Accent. quā à priori i. e. per Regulas seu universalia, principia, perpetuā parallelorum inductione confirmata, (quod tot seculis desideratum, tot internecinis vigiliis præstantissimorū ingeniorū anxie quæsitū, conf. Dn. D. Calov. Crit. S. pag. 378, & Vind. nost. p. 3, 4,) eundem Accentuum distinctivorum & conjunctivorum positum produci posse, qui in Textu deinde inspectō deprehenditur, non solum evidentibus exemplis demonstratur, in Inst. Acc. à pag. 128, usque 136; sed & vivis, secundum ea, plurimorum Auditorum meorum experimentis ostendi potest: quâ de re igitur gratis hætenus dubitasse Cl. Mag. *in sua Doctr. Acc.* tamē iis, quæ dixi, argumentis evidentissimè constabit, quàm recentissimō ejus, cujus præcipuè gratia totum hoc scriptio- nis officium suscipiendum nobis fuit, publicandō propediem documentō Orationis Hebrææ, Accentibus, sec. uniformem praxin Biblicam, & Præcepta nostra, proprio Marte ab ipso Autore, nostro Auditore solertissimo, instructæ.

Atq; is ergò Orator è Vet. Test. Cathedrâ nost. Academica
nunc sistendus, est Præclarus Orientalis Philologiæ Cul-
tor, Dn. THOMAS TROSTIUS, magnò nomine & o-
mine, sanctioribus hisce studiis, à primis annis innutri-
tus in Lycéo Lubecensi, magnâ curâ ac inspectione Viri
summè Rev. & Celeberr. Dn. D. HANNEKENI, Prof. olim
& hinc Superint. Lubec. meritissimi, Magni Amici nostri;
qui nunquam satis laudandò, omnibusque meritò Scho-
larchis & Ecclesiarum Præfulibus imitandò exemplò, ori-
ginarii Sermonis Divini prima elementa, laudatissimo
isti Lycéo intulit; quò sec. priscum illud Tullii, *Lepta sua-
visimus ediscat Hesiodum*, hodiè rectiùs multò S. Theologiæ
pullus, ediscat Mosen & Davidem, authenticum potius
quàm translatum. Hinc autem magnis cum ætate passibus
feliciter grassatus est idē, ad eam in Rabbinicis quoque in-
signem peritiam, quam fideli & dextræ debet manufacti-
oni, Celeberrimi illius Hebraizantium Phœnicis, Dn. L.
ESRÆ EDZARDI, Amici nostri honoratissimi; qui verè
Esræò Zelò, הכין לבנו לדרש את תורה יהוה *paravit cor
suum, ad quarendum legem Domini, & ad faciendum & docen-
dum in Israele* (convertendo, quod faxit Numen), *præce-
ptum & iudicium*, Esr. 7, v. 10, & quidem כיד אלהיו הטובה
עליו *secundum manum Dei sui, quæ bona est super ipso*, ibid. v. 9. De
illò ergò dignò tantis Præceptoribus Discipulò, & ipsis meri-
tò gratulamur & Patriæ, spem concipientes & ab eâ, insigni
eū aliquando utrisq; fore Ornamento. Cæterùm cum Is pro-
ximo die XI Decemb. non hominum, aut Angelorum, sed
ipsius Dei Linguâ, illâ olim è Sinai fulminatrice sanctissi-
morum

morum dogmatum, Laudes Illustris hujus CHRISTI-
AN-ALBERTINÆ, in solenni Panegyri expli-
care, constitutum habeat; & verò ex scitò Arabum

سجالس الكرام حصون الكلام *Confessus Virorum honora-*
torum sint arces sermonum, quibus non minori religione cu-
stodiuntur deposita verborum quàm pecuniarum: ad i-
stum ergò actum Oratorium suâ præsentia illustrandum,
& huic Oratori nostro benevolam audiendi operam præ-
standam, Deumque simul venerandum, ut hanc Almam
nostram, eum Serenissimò ejus Fundatore, clementer
tueatur, foveat, & כימי השמים על הארץ *ut dies caelorum*
super terrâ, Deut. 11, 21, diutissimè conservet; MAGNIFI-
CUM Dn. Prorectorem, cæteros-que omnium Ordinum
honoratissimos Literarum Amantes ac Patronos, reve-
renter ac officiosè invito. Publicatum Kiloul.

An. Dom. M DC LXVI. Mense
Decembri.





An. Dom. M DC LXXVI. Mensis
 Decembris.

In officio Publico.


An. Dom. M DC LXXVI. Mensis
 Decembris.








F Reppien





the scale towards document

s. Quasi item Masorethæ omnes Thalmu-
recesserint. Ibid. l. 15 *ostendere*. Taceo
s ipsismet Buxtorffis, inter Thalmudicos
æpe magna sit dissensio, & Thalmudici ma-
ne Masoram infectentur. Quod utique
aud potuisset, si in univèrsum omnibus
his vel ea portio Masoræ exigua, quæ jam
eretur Thalmud erat nata, divina fuisset
dicam de reliqua ejus hodie superstite

EMENDANDA.

improviso *adoriri* Pag. 10. l. 16. *num* genus.
non verecundi. Pag. 24. l. 26. *σολιοδοξία* l. 28.
l. 4. *συγκρητ.* l. 6. *συγκρητ.* l. 10. *συγκρητ.* l. 11.
ρητ. Pag. 32. l. 26. *peregrinæ quæsierit*, Pag.
mucl. l. 16. *Ἡαζνιβ* l. 19. *Ἡαζνιβ.* Pag. 40.
Pag. 56. l. 15. *manifestissime*. Pag. 57. l. 1.
Pag. 61. l. 17. *sunt corrupti*. Pag. 69. l. 6. *Ce-*